



**Sebastiani Castellionis Defensio suarum translationum
Bibliorum, & maxime? Noui foederis. : In qua, eum in illis
religiose (contra? qua?m a? quibusdam traductus est)
uersatum fuisse demonstratur, reprehensa diluuntur, multi
difficiles loci enucleantur, & insuper aduersariorum errores
ostenduntur ...**

<https://hdl.handle.net/1874/416809>

SEBASTIANI

CASTELLIONIS DEFENSIO

suarum translationum Biblio-
rum, & maximè Noui
fœderis.

In qua, eum in illis religiose (contrà
quàm à quibusdam traductus est) uer-
satum fuisse demonstratur, reprehen-
sa diluuntur, multi difficiles loci enu-
cleantur, & insuper aduersa-
riorum errores osten-
duntur.

Antequam iudices, cognosce.



BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum.

THE EAST INDIA COMPANY

CHARTERED BY ACT OF PARLIAMENT

1600 AND 1609

AS AMENDED BY ACT OF PARLIAMENT

1813

IN WITNESS WHEREOF

THE DIRECTORS OF THE EAST INDIA COMPANY

AND THE CHARTERED MEMBERS OF THE COMPANY

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF DIRECTORS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF SUPERVISORS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF MANAGERS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF ASSISTANTS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF ADVISORS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF COUNSELLORS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF SECRETARIES

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF CLERKS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF CHIEF CLERKS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF DEPUTY CLERKS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF ASSISTANT CLERKS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF JUNIOR CLERKS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF WRITERS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF COPYISTS

AND THE MEMBERS OF THE BOARD OF TRANSCRIBERS

PRÆFATIO.



Ōstram Bibliorum
tum Latinam, tum
Gallicam translatio
nem quidam non so-
lum ut indoctam, sed

etiam ut impiam, & multis in locis à di-
vini Spiritus sententia prorsus discrepan-
tem explodunt. Horū reprehensione cū vi-
derē & meū nomē lacerari, & passim
pios homines sic offendi, ut qui meos labo-
res antea cōmendarant, ijdē nunc per ali-
quot iam annos ad reprehensiones illas si-
lētē me, eosdē aspernētur, silentium meū
confessionem esse culpæ suspicantes: ui-
sum est mihi tandē, moderata hac respō-
sione, hisce malis occurrere. Ac de eru-
ditiōe quidē, inerudita'ne & indocta
sit mea trāslatio, doctos & eruditos vi-
ros libēter patiar iudicare: & ne in arro-

gantiae crimē incurram, de mea quātū-
 lacūq; eruditione, potius quā me, confo-
 res agere. Quod uerò ad pietatē attinet,
 ab impietatis crimine abesse me, partim
 mea ad Lectores Admonitio, ipsi mea
 trāslationi praeposita, partim cōscientia
 quae mille testiū uice est, testimoniū di-
 cit. Nam & mea cōscientia apud Deū
 (quem iudicē appello) ab impietatis &
 scelerū nota, quae mihi inuritur, me uin-
 dicat, sic cōpositum atq; comparatū, ut
 omnia cōfessa fidei in sacris literis proli-
 ta, & à sanctis recepta capita, animo,
 lingua, uita, quantū per Dei misericor-
 diā in eius filio Christo licet, profitear.
 qua quidē de re, qui propius me norunt,
 testificari possunt. Quod ad Admoniti-
 onē attinet, sciūt non pauci eruditi uiri, se
 nō solū in illa scripta Admonitione gene-
 ratim, uerū etiā uerbis nominatim à me
 rogatos

PRAEFATIO.

5

rogatos fuisse, ut me de errorib. meis, si quos in meis translationib. deprehendissent, admonerēt: correcturū, et uera grato animo amplexurū. Ne quid interim dicā, quod eas, antequam publicarētur, multis eam ipsam ob causam legēdas dedi. Neq^q uerò inanis fuit haec adhortatio mea: quippe qui multa & correxerim, & adhuc corrigā, idq^q nō solū amicè monitus, uerū etiā acerbius suggillatus: tantū abest, ut cognitos errores uelim pertinacius tueri. Quin et hic iterū oēs oro, ut si quos deinceps deprehenderint, mihi significare nō grauētur. erūt enim adhuc diu tū in meis, tū in aliorū omniū trāslationib. Bibliorū, multa, quae meritò reprehēdantur. tāta est tāti Operis obscuritas, atq^q difficultas. Atq^q haec de trāslatione. Praeterea nōnulla scripta mihi attribuūtur, quorū à me nec elabora-

torū, nec editorū mihi sum cōsciū. Itaq;
 crimē illud, quoniā mihi uerbo tantū im-
 ponitur, uerbo negare satis in praesentia
 esto, & apud Deū, & apud equos om-
 nes iudices. Dixi, quo pacto sum ani-
 matus atq; cōpositus. Nūc utrū impiū
 & selectū Satanae instrumentū haberi
 debeā, & Deū et pios omnes iudices ap-
 pello. Illud in hac mea Defensione patre
 Domini nostri IESU CHRISTI o-
 ro, ut sicubi uel in doctrina, uel in inter-
 pretatione uerborū & sentētiarū Sacra-
 rū literarū erro (ut facilē homines erra-
 mus) mihi ostēdat errores meos, & ab
 eis pro sua bonitate me uindictet: & si
 qui me insectatur, mentē det benigniorē,
 ut fratrem amet, eiq; cōsulere potius quā
 nocere studeāt, qui Iesum Christū pro se
 sanguinē suū fudisse & fide agnoscit, &
 ore cōfiteatur: & uita pro uirili exprime-
 re studet. Basileae, ann. 1562. mense Ian.

SEBASTIANI CASTEL-
lionis Defensio suarum translatio-
num Bibliorum, & nominatim
Noui fœderis.

MULTA de me falso, à quibus
minimè decebat, tum sermonib.
tum scriptis & sparsa sunt, &
quotidie sparguntur, quorum par-
tem iam tempus ipsum refutauit,
pars indies magis magisq; clarescit: reliquum quod
est, si non ante, at certè in die Domini, quæ ani-
morum arcana patefaciet, detegetur. Est autè
inter cætera crimen illud non postremum, quòd
Sacras literas à me tum in Latinum, tum in Galli-
cum sermonem malè conuersas esse, passim sermo-
nes dissiparunt. Et antea quidè quid in eis trans-
lationibus reprehenderent, non ita certò cõstitue-
re poterã: propterea quòd non scriptis, sed sermo-
nibus eas in uniuersum damnantes atq; repudian-
tes, quid in eis mali esset non nominatum, aut certè
non ita ut ego id certò scire possem, explicabant.
At nunc prodijt anno 1556. recens cuiusdam
translatio Latina Noui testamenti, unà cum eius-
dem Annotationib. in quibus translationè meam
subinde reprehendit. Quamobrem cum iam cer-
ta ad

Operis argu-
mentum.

ta ad quæ respondere possim, habeam: officij mei esse duxi, eius reprehensiones, ubi iniustæ sunt (quales plurimas esse demonstrabo) refellere, aut sicubi iustæ sunt (quales pauculas animaduerti) errorem corrigere. Atq; hoc sic in Latina lingua faciam, ut eadem opera Gallicam quoq; translatione meam uelim defensam, quippe quæ Latina respondeat: nisi quod tanto est melior, quanto posterior (nobis laborando proficientibus) elaborata fuit. Hoc peracto, eius errorum nonnullos (postquam id ipse postulat) detegam. Postremo ad paucula quædam & leuicula respondebo, quæ Iudæus nescio quis in nostra Ruthæ translatione suggillare conatus est. Si quid præterea deinceps uel ab iisdem, uel ab alijs nominatim reprehensum fuerit, è re nata consilium capiemus. Nam quod ad eos attinet qui in uniuersum damnant, neq; tamen cur dānent demonstrant, quid aliud respondeam, quàm ut eos probare crimen iubeam? Nisi forte sic sibi credi uolunt, ut illi qui dicebant: Nisi esset hic maleficus, nunquam eum tibi tradidissemus. Quod ad maledicta attinet, ea istis (ut Christianum decet) condonans, bonam mentem eis optabo: translationem pro uirili uel emendabo, uel tutor: & efficiam, uolente Deo, ut perspicuum fiat, utri sit

utri sacras literas sincerius religiosiusq; tran-
 stulerint. Igitur de translatione mea paucis
 præfandū uidetur. Ego ante annos circiter 16.
 cum uiderē in Christianorū scholis Latinam lin-
 guam (cuius eram ipse studiosus) uigere atq; tra-
 di: itaq; autores Latinos quidē, sed magna ex parte
 obscenos, & moribus noxios, in manibus ha-
 beri: cupiebam extare latiniorē aliquam, nec nō
 fideliorē & magis perspicuam Sacrarū litera-
 rum translationem, ex qua posset eadem opera
 pietas cum Latino sermone disci, ut hac ratio-
 ne & tempore consuleretur, & homines ad legen-
 da Sacra pellicerentur. Nam equidem de me hoc
 fateor, me propter sermonis incultum & obscuri-
 tatem aliquando minus diligenter legisse Sacras
 literas, quod idem alijs quoq; accidisse scio: non iu-
 sta sanē causa, fateor, sed quam tamen tolli non sit
 inutile, ut homines quibuscunq; fieri possit modis
 ad ueritatem alliciantur. Transtuli igitur Sa-
 cras literas in Latinum sermonem, qua fide atq; pu-
 ritate & facilitate potui, hominibus prodesse cu-
 piens. Extat ea translatio: uti liberum est. Si cui
 displicet, abstinet: & abstineat sanē, modò sit
 pius. Ego mihi iustam translationis causam fuisse
 existimo: quā bene transtulerim, aliorum (mo-

De transla-
 tione Præfa-
 tio.

do ne inimicorum) esto iudicium. Feci, quod potui, neq; alios damnatos uolui, neq; translationem meam pro sacrosancta & inculpata obrusi. quoniam imò in Præfatione Lectorem his uerbis monui: Quòd sicubi errorem aliquè nostrum inuenies, (erunt autem in tam difficili, tamq; longo Opere, fortasse non pauci) da ueniam, & admoneto nos amicè, sicuti nos tibi prodesse amicè studuimus: aut si noles, aut non licebit, saltem alios, quos hac translatione uti uidebis, admoneto erroris nostri quamprimùm, præsertim si in eo erit aliquid periculi. Neminè enim fallere uolumus, si fieri potest. Itaq; quanquã in hoc opere multos annos continenter, summo ocio, prospera ualetudine, magna alacritate usi elaborauimus: tamen deinceps, uolente Deo, dabimus operam, ut si quid erratum uel ab alijs moniti, uel per nos ipsos cognouerimus, id corrigamus. Quòd si quis meliorem translationè proferet in lucem, ei libenter cedemus.

Hæc ego tum scripsi, & seriò atq; ex animo scripsi: itaq; id hætenus re ipsa, ut spero, præstiti. Nam quæ uel ab alijs monitus, uel per me ipsum errata cognoui, ea protinus correxi: cuius correctionis exempla aliquot huc apponere, non erit alienum.

Scripseram

DEFENSIO.

11

Scripseram in Mose (qui seorsim ante Biblia
 fuit impressus) in illum locum (Credidit Abra-
 mus Iouæ, id quod Ioua ei iusticiæ duxit) Annota-
 tionem, in qua dicebam, pro Iusticiæ duxit, posse
 uerti, Virtuti duxit. quod iusticia (à qua uiri boni
 denominarètur) omnes uirtutes complecteretur.
 Et sanè iusticiæ nomen apud Hebræos pro uirtu-
 te usurpatur. Sed cum me monuisset amicus qui-
 dam, uirtutis nomen illi loco non quadrare, &
 esse quos Annotatio illa offenderet: ego re diligen-
 tius perpensa, Annotationem deleui. Item, cum
 audirem, quosdam illo Matth. loco offendi, quem
 ego sic conuerteram (Quod si eos non audiuerit,
 dicito Reipublicæ) mutauit, & Græcum uocabu-
 lum retinens, conuertit, Dicito Ecclesiæ. Et in
 eodè cap. paulo antè, pro Incommodationes (quæ
 in Græco scandala uocantur) quia eo uerbo non-
 nulli offendebantur, reposui, Offensiones. Item
 cum locum illum ad Hebræos (Nihil perfecit lex,
 sed adiectio melioris spei) fuissem interpretatus,
 sicut ante me alij, & eum postea Iohannes Ribit-
 tus edito ea de re libello, melius quàm nos uertis-
 set: ego continuo, uiso illius scripto, locum illum in
 translatione mea secundum illius sententiam cor-
 rexi: & illi per literas gratias egi, orās, ut si quos
 huiusmodi

Quæ errata
 correxerit.
 Genes. 15.

Matth. 18.

Hebr. 7.

huiusmodi amplius locos inuenisset, mihi significaret. Item, cum secundò imprimeretur mea translatio, & me monuisset quidam, finem 16. capituli 2. Paral. male esse à me translātū (non enim fuisse crematum Asam, sed fuisse in eius funere crematos odores) locum statim perpendi: & errore cognito, Annotationem super eo loco adieci, quia ipsum locum (qui iam tum impressus erat) ad eam editionem emendare seruum erat.

Quid in aliorum gratiam mutauerit.

Hos & huiusmodi alios locos ex aliorum admonitionibus emendauit. Neque uerò id in illis duntaxat locis feci, in quibus erratum uidebatur: sed etiam in quibus erratum quidem non erat, sed aliquid tamen quosdam offendebat. Cuiusmodi est illud, quòd cum quidam lotionis & genij uerbis offenderentur: ego ubi hoc intellexi, in Nouo testamento ultimæ editionis (nam Verus iam impressus erat) uerba Baptisma & Baptizare, & Angelus, reposui. Fuerunt & alia pauca quædam, quæ cum nonnulli reprehenderent, alij approbarent, ego non mutauit: neque enim omnibus possunt satisfacere. Sed quæ à me mutata aut correctæ commemorauit, eò pertinent, ut intelligatur, non sic esse me præfractum aut pertinacem (quod quidam spargunt & uociferantur) ut errores meos nolim agnoscerem.

agnoscere, aut etiam ut non aliorum gratia aliquid
(quaminus alioquin non uitiosum) uelim mutare.

Iam ad reprehensionem ueniamus. Carpit
nouus ille interpres (de quo paulo antè dixi) trans-
lationem meam, primum in uniuersum de latinita-
te, quòd sublati Hebraïsmis Latine transtulerim.
Sic etiam scribit in Præfatione sua.

REPREHENSIO.

In ipsis porrò Hebraïsmis Latine ex-
primendis, aliquoties malui non summã
habere latinitatis rationem, quàm teme-
rè (ut quidam nuper fecit) quicquam au-
dere. Videtur enim Hebræus ille sermo,
præsertim in ijs quæ ad religionis myste-
ria pertinent, plurima nescio quo modo
εὐφραίνωματα, ac diuinè prorsus exprime-
re, quæ nullo alio idiomate satis feliciter
possis declarare. Quòd si Græcè loquens
Spiritus sanctus, ab istiusmodi Hebraïf-
mis nõ abstinuit: & doctissimi quiq; Græ-
corũ interpretes, illos ad eò non reiece-
runt, ut illis etiam tanquam gemmis qui-
busdam scripta sua exornarint: non est,
opinor, cur hoc meum studium quisquã
reprehendat. Hec ille. Et paulo post: Ex
recentioribus uerò, nouum illum inter-
pretem, de quo paulo antè dixi, aliquot
locis

locis pupugi, quòd intolerandam ipsius
 audaciam arbitrarer. Item in Act. cap. 10.
 sic scribit: Nam eò res iam deuenit, ut non
 modò qui ex ingenio aliquid còmentan-
 tur, à consuetis & familiaribus Scripturæ
 uerbis, tanquam obscuris, insipidis, oblo-
 letis abhorreant, sed etiam qui Scripturam
 è Græco conuertunt in Latinum, aut aliud
 aliquod idioma, quiduis sibi in interpre-
 tando licere putent: quos si reprehēdas,
 statim audies interpretis officio defungi,
 non qui uerbū còuertat è uerbo, sed qui
 sententiam exprimat. Ita fit, ut dum quis
 que iudicium suum liberè sequi mātuit,
 quàm religiosè Spiritus sancti interpretē
 agere, plurima non tam conuertat, quàm
 peruertat: cui libidini & audaciæ nisi oc-
 curratur, næ aut ego uehementer fallor,
 aut intra paucos annos pro Christianis
 Ciceroniani euademus, & paulatim pla-
 rum quoq; rerū possessione depellemur.

DEFENSIO.

Hæc uerba sunt illius, in quibus me nusquam
 (sicuti nec alibi) nominat, sed innuit: & cur non
 nominet, causam fortassis habet eandem quam in li-
 bro De occidendis hæreticis reddidit: uidelicet ne
 eius liber meo nomine contaminetur. Itaq; e-
 go quos

quoque sic ei respondebo, ut eum non nominem, non equidem ne eius nomine meus libellus contaminetur (neque enim nominibus, sed rebus & maledictis contaminantur libri: & ipsius Diaboli nomen in ipso etiam Evangelio extare uideo.) Sed id faciam, ne istum hominem, nimis alioquin mihi non infensum, nominando magis irritem. Igitur ut ad rem ueniam: equidem sicut haecenus, ita deinceps paratus sum errores meos agnoscere, atque corrigere, siue ab amicis, siue ab inimicis reprehensus: tanti est apud me ueritas, atque ubi me ab hoc iuste reprehendi cognouero, fatebor, & emendabo.

Et sane reprehendit me aliquot locis non iniuste, quemadmodum in Confessionibus meis apparebit. Examinauit enim translationem meam acrius, quam amici mei, quibus eam ante impressionem corrigendam dederam, itaque id praestitit, quod ego ab illis praestari cupueram: quae res mihi & grata & utilis est, quocumque animo ille fecerit. Quod autem etiam iniuste plurima reprehendit, hoc ueritati nihil oberit apud iustos iudices. Igitur statim in hac prima reprehensione nullam possum animaduertere speciem aequitatis: atque ad eam sic respondeo. Erant Apostoli natu Hebraei: & peregrina, hoc est Graeca lingua scribentes hebraice abant, non quia

Cur hebraizarint Apostoli.

non quia id iuberet Spiritus: neq; enim pluris facit
 Spiritus hebraismos quàm græcismos: & videmus
 Apostoli nec semper, nec iisdem in rebus omnes
 hebraizant: quin modò hebraizantes, modò græ-
 cizantes, arbitrato suo dictata Spiritus enūciant.
 Res enim dictat Spiritus, uerba quidem & lingua
 loquenti aut scribenti liberam permittit. Neq;
 item ideo hebraizabant, quia non eadem possent
 idiomate Græco feliciter declarari: alioquin id su-
 cessum fuisset duntaxat in ijs, in quibus hæc ne-
 cessitas hoc exigeret, & tamen id passim etiam su-
 ne ulla necessitate fecerunt. Fateor equidem, He-
 braicam linguam habere interdum suas efficacia-
 tes: sed habent & aliæ linguæ suas, quibus eum e-
 paria faciant, aut etiam eam interdum superent.
 Certè Græca lingua (qua scripserunt Apostoli)
 longè est in uniuersum & copiosior & felicior ad
 quiduis exprimendum, quàm Hebraica. Cur
 igitur hebraizauerunt? Primum, quia erant Sacri-
 teris assueti: deinde, quia cum essent Græcæ lin-
 guæ non usq; adeò periti (id quod eorum scripta
 ostendunt) facile in patriam consuetudinem de-
 ciebant. Videmus & hodie quosdam Gallos
 & Germanos scriptores, dum Latine scribunt, ta-
 men gallizare & germanizare, non ex profecto
 certe.

certe: sed patrio sermone, in peregrina lingua uim
 suam uel inuitis illis exerente. Sic hebraizantur
 Apostoli: iidemq; profecto germanizassent, si sic
 Germani fuissent. Quod idē dico de alijs linguis.
 Itaq; quemadmodum, si scriptoris in Latina lingua
 germanizantis librū conuertas de Latino in Gal
 licum sermonē, nō erit necesse ut eius Germanis
 mos retineas: sed potius Gallorū rationē habeas:
 ita mihi hebraizantium in Græca lingua Aposto
 lorum hebraismos retinere non fuit necesse. Neq;
 tamen retinentes damno: sed in eis hoc incommo
 di esse dico, quod Lector aut autorem sæpe nō ma
 gis intelligit, quā si ignota lingua loquatur (cer
 te multos ego uidi hac de re conquerentes:) aut ad
 Hebraismorum explicatrices Annotationes confu
 gere cogitur. atq; ita gemino libri sumptu, gemi
 nōq; suo labore sententiā discere, gemina item in
 terpretis opera explicatam, cum in nostra transla
 tione una opera hæc ambo præstentur. Quod
 si quis obijciat, in Annotationib. Hebraismos ex
 plicare minus esse periculosum: respondebo, par
 tibi uideri utrobq; periculum. Si enim Hebrais
 mum Lector intelligere non nisi ex Annotatione
 potest, tam poterit alterius Annotatione, si falsa e
 rit, decipi, quā mea translatione: & tam poterit
 b ille

Hebraismo
 rum incom
 moda.

Exceptio.

ille annotādo errare, quā ego trāsferēdo. Quod si dices, posse interdū Lectorē ex illius Hebraismo extra Annotationē colligere autoris sentētiā, id quod ex trāslatione mea nō possit, quippe qui sublato Hebraismo sustulerim omnē ansam coniecturæ: respōdebo, illud etiam in ea cōiectura periculū esse, quod sæpe fit ut Hebraismorū uim ignorās Lector, sentētiā perperām accipiat: quod quidē periculū in mea trāslatione non est. Exemplo est uel ille Hebraismus: Non ne uos multis passeribus meliores estis? quæ uerba longē aliud declarant, quā si sine Hebraismo sic uertas: Non ne uos passeribus. multo estis præstātiores? Itē ille, Non fieret salua omnis caro: pro, Nō fieret salua ulla caro. Itē: Gratia Deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autē ex corde, &c. Hic enim uidetur Paulus agere Deo gratias duabus de rebus: primum, quod fuerint serui peccati, deinde, quod obediuerint. At qui est absurdissimum, agi Deo gratias de seruitute peccati, quæ absurditas nulla erit, si ex mēte Pauli sic uertas: Quod cum fuissetis serui peccati, obedistis, &c. Sic enim aget tātūm de obedientia gratias. Atq; hoc malum ut euitaret ipsemet, sæpe in translatione sua Hebraismos declinauit: quo minus mihi debet iniquus esse, Si enim ei, quamuis latinam

Refutatio.

uel ille Hebraismus: Non ne uos multis passeribus meliores estis? quæ uerba longē aliud declarant, quā si sine Hebraismo sic uertas: Non ne uos passeribus. multo estis præstātiores? Itē ille, Non fieret salua omnis caro: pro, Nō fieret salua ulla caro. Itē: Gratia Deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autē ex corde, &c. Hic enim uidetur Paulus agere Deo gratias duabus de rebus: primum, quod fuerint serui peccati, deinde, quod obediuerint. At qui est absurdissimum, agi Deo gratias de seruitute peccati, quæ absurditas nulla erit, si ex mēte Pauli sic uertas: Quod cum fuissetis serui peccati, obedistis, &c. Sic enim aget tātūm de obedientia gratias. Atq; hoc malum ut euitaret ipsemet, sæpe in translatione sua Hebraismos declinauit: quo minus mihi debet iniquus esse, Si enim ei, quamuis latinam

Hebraismo-
rū exempla.
Matth. 10.

Rom. 6.

uel ille Hebraismus: Non ne uos multis passeribus meliores estis? quæ uerba longē aliud declarant, quā si sine Hebraismo sic uertas: Non ne uos passeribus. multo estis præstātiores? Itē ille, Non fieret salua omnis caro: pro, Nō fieret salua ulla caro. Itē: Gratia Deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autē ex corde, &c. Hic enim uidetur Paulus agere Deo gratias duabus de rebus: primum, quod fuerint serui peccati, deinde, quod obediuerint. At qui est absurdissimum, agi Deo gratias de seruitute peccati, quæ absurditas nulla erit, si ex mēte Pauli sic uertas: Quod cum fuissetis serui peccati, obedistis, &c. Sic enim aget tātūm de obedientia gratias. Atq; hoc malum ut euitaret ipsemet, sæpe in translatione sua Hebraismos declinauit: quo minus mihi debet iniquus esse, Si enim ei, quamuis latinam

latinitatem non ita curanti, hoc sæpe licuit: cur mihi
latinitatis maiorem & causam & rationem habentem,
non sæpius licuerit? Atque hæc de Hebraïsmis.

Quod ad latinitatem attinet, quid de ea sentiam, De latinis
dixi in Præfatione ad Regem Angliæ. Ego rem, tate.
non uerba, spectandam puto. Dei sermo est nec Hebraicus, nec Græcus, nec Latinus, sed spiritualis:
& ex omnibus gentibus & populis & linguis redemit Christus homines, qui uestibus albis induti Apoc. 5. & 7.
Deum prædicent atque extollant: nec minus potest Germanus homo, Dei spiritu præditus, Germanica lingua Dei laudes prædicare, & arcana cælestia explicare, quam Hebræus Hebraica: nec minus habet Germanica lingua suas efficacitates, quæ Hebraica non possint exprimi: quam Hebraica, quæ Germanica non possint exprimi. Est enim Deus, sicuti gentium, sic & linguarum omnium perfectus autor: & ab omnibus linguis non minus quam gentibus, & uult & potest perfecte coli atque prædicari. Quod ad me attinet, ego latinitatem forsassis etiam minoris facio, quam ipsi accusatores mei. Sit homo pius, loquatur deinde qua lingua uolet: hebraïzet, latini zet, germani zet, loquatur politè aut impolitè, copiose aut succinctè, Ciceronianè aut Salustianè, nihil moror, dummodo intelligatur.

gatur. quemadmodum si mihi ab amico literæ de rebus serijs mittuntur, res ipsas attendo: uerba quædem adeo non moror, ut sæpe perlectis perceptisq; literis, dicere uix possim quibus uerbis res explicitæ sint. Quinimo illud non solum fateor, sed & profiteor, & in Admonitione ad lectorem Biblijs præposita professus sum, Deum res diuinas ijs ferè aperire, qui sunt hominum indoctissimi, infirmissimi, contemptissimi, pauperrimi, ac ignobilissimi: ne quid inde nostræ eruditioni, aut acribus & excellentijs arrogemus. Tantum hoc dico, si Mosi, qui balbus erat, fas fuit Aharonem hominem disertum dari, quo ille interprete Pharaonem hominem mundanum alloqueretur: etiam hodie fas esse, ad mundanos, & alioquin abhorretes homines, ad Sacrarum literarum lectionem adlectandos, concedi paulo mundiorum linguam. Quod si quis tam est à mundo alienus, ut male impolitiorem, me secundissimo id fecerit. atq; uixnam sit in toto mûdo unum cor, unaq; lingua, eaq; simplicissima: inæ ego linguam illam, omnium quas unquam gustauì, linguarum mercede, & insuper nouo longoq; labore emerem perlibenter. Hæc mihi in præsentia de Latinitate dicenda uisa sunt.

Iam ad singulos, in quibus trāslationem meam capiti,

DEFENSIO.

21

carpit, locos ueniamus. Sed Lectorem prius admonitum uolo, me non omnia in quibus à me dissentit, uelle persequi (debet enim ipsi quoque liberum esse, interpretari pro cognitione aut opinione sua, non minus quam mihi) neque item omnia in quibus me pungit: (interdum enim frigide quaedam reprehendit, quæ qualia sint, facile sine me Lectores animaduertent, si modò mea quoque legerint:) nec item ea quæ in tertia editione (quam ipse uidetur non habuisse) iam emendaueram: neque quaedam, quorum iam rationem reddidi in Annotationibus meis. Igitur in Matthæi titulo scribit his uerbis:

REPREHENSIO.

Euangelium secundum Matthæum, id est, ut scriptum & traditum est à Matthæo. Nuper quidam conuertit, Authore Matthæo, quod mihi duriusculum uidetur. Magis enim (ut opinor) propriè loquitur, qui Deum huius Euangelij authorẽ uocabit, scriptorem Matthæum.

DEFENSIO.

Esaiæ oraculum appellant Sacræ literæ, & Paulus Euangelium suum, cuius tamen author erat Spiritus. Quamquam & pro scriptore authorẽ appellari, uulgo notissimũ est. Quin & ipse

b s

met re

Author. *met reprehensor meus sic usurpare solet. nam & in Præfatione sua, authores pro scriptoribus dicit & in Luc. cap. 2. scribit, necesse esse ut Evangelistæ sua constet autoritas. Sed illud longe apertissimum est, quòd ipsemet in ipso statim titulo libelli sui De puniendis hæreticis, seipsum inscribit authorem libelli, cum debuerit potius scriptorem dicere: (si modò me hic rectè reprehendit) Deum uerò authorem, si modò est Deus author illius sententiæ.*

REPREHENSIO, MATTH. 1.
super uerbo $\omega\alpha\pi\alpha\delta\epsilon\lambda\epsilon\gamma\mu\alpha\tau\iota\sigma\alpha\iota$.

Ultimum tamen supplicium hoc certe loco credo intelligi non oportere. nam si grauidam esse Mariam Iosephus existimabat ex adulterio, obsecro quæ hæc fuit mariti probitas, adulterium uxoris dissimulare, & totum Israelẽ iræ Dei obnoxium reddere? Erat enim huic scilicet publico crimini capitalis pœna constituta: & disertè iubeatur Israel hoc malum tollere è medio sui, Deut. 22. Sin autem Mariæ sanctimonia faciebat, ut nihil certi posset Iosephus constituere, cur nõ differebat nuptias: uel, ut erat homo probus, aliud quoduis consilium non capiebat pœ-

bat potius, quàm ad extremũ remedium
 veniret? Itaq; Iosephus (ut arbitror) si a-
 dulteri ream fuisset suspicatus, hoc cri-
 men non fuisset dissimulaturus. Verum-
 etiam si temporis interuallum tãtum in-
 tercessisset, ut suspicari posset post despon-
 sionem fuisse ab alio grauidatam: tamen
 cũ sciret fieri quoq; posse, ut ante despon-
 sionem grauida esset facta, maluit nimirũ
 (ut boni uiri solent) omnia in meliorem
 partem accipere, & proinde grauidam iu-
 dicare *ἀπὸ τοῦ ἡγερέας* potius quàm *ἀπὸ τοῦ μοι-
 χείας*. Id autem si contigisset, id est, si an-
 tẽ sponsalia rem habuisset cum alio, Ma-
 riam ducere eum uxorem oportebat (si-
 cuti canit Moses) ex parentum consensu,
 à quo uitium fuisset ipsi oblatum ante
 desponsionem: quod tamen sine Mariæ
 dedecore fieri non potuisset, si de illius
 fraude conquestus fuisset Ioseph. Itaque
 noluit (ut erat uir insigni probitate) uel
 uxorem alienam retinere, uel iniuriam
 suam summo iure persequi, cum Mariæ
 dedecore: sed clãm potius, & causa nulla
 exposita, sponsione & fide data il-
 lam absolueret & liberaret.

Vtrum lex
accusare iu-
beat.

Ego in meis Annotationibus scripsi, hoc uerbo *κατάδικω* iuxta *τις* supplicium declarari, quod edixit lex iubebat in adulteras. Sed hic putat, Iosephum debuisse uxorem accusare, si eam adulteram putabat, quia lex iuberet adulteros capere: in quo fallitur. Non enim iubet lex maritum, ut uxorem accuset: sed iubet magistratum aut populum, ut si deprehensum fuerit adulterium, puniatur. Marito quidem accusare permittitur, si uelit summo iure uti: sed ei licet de summo iure remittere, id quod probitatis esse, etiam ipse ad extremum imprudens fatetur. Certè iustior est maritus, qui uxori ueniam dans, eam non accusat, quam qui accusat: neque propterea reddit Israellem iræ Dei obnoxium, quippe qui non sit magistratus. Alioquin si iuberet lex ijs qui iniuria affecti sunt, accusare fontes, quò nam tandem res euaderet? Lex est iustionis: Oculum pro oculo, dentem pro dente, uitam pro uita: quid tum postea? An mihi, si quis me oculo priuauerit, non licebit dare ueniam? sed accusare cogar? Absit. Cur enim non accusabat Dauid Saulum, tyrannum, homicidam? uel potius cur non ipsemet eum (quando apud quos tyrannum accusaret, nulli erant) cum posset, occidebat, cum

Iusticie exē-
plum in Da-
uide.

esset ipse Dauid rex unctus, et diuino spiritu præ-^{1.Reg.26.}
 ditus, & Saulū Deus in eius manus cōclusisset? An
 propterea iniustus est, quòd non fecit? imò uerò
 hoc ipso nomine iustus est, & tanto charior Deo.
 Sic enim loquitur: Te quidem hodie mihi Ioua in
 manum tradidit, sed nolui Iouæ uncto manus af-
 ferte. Ergo quemadmodū tua mihi salus hodie cha-
 ra fuit, sic ille meam charam habiturus est. E-
 nim uero si fuissent Dauidi à consilijs, ij qui tam li-
 benter alios accusant, & Dauidis comites, quàm
 Dauidem ipsum, imitari malunt: bone Deus, quot
 modis, quanta arte dicendi, quàm inuictis & in-
 expugnabilibus argumentis Dauidem potuissent
 ad Sauli necem incitare? Tu rex es, Dauid, unctus
 diuinitus: ille regno diuinitus priuatus, nihil est ni-
 si tyrannus. tu Dei spiritum habes: ille diaboli. tu
 populum seruas, ille perdit, & Dei octoginta-
 quinque sacerdotes insontes trucidauit, Nobamq; ^{1.Reg.24.}
 oppidum funditus deleuit. tibi Deus promisit, sese
 eum tibi in manum esse traditurum: hoc nunc fa-
 cit, & hoc ipso iubet ut occidas: quod nisi facis,
 inobediens es & iniustus, & Israelem iræ Dei
 obnoxium reddis, qui malum ex eius medio non
 tollas: & causa es necis tot innocentium, quos Sau-
 lus uel iam occidit, uel deinceps occisurus est.

Quæso te, quid potuisset istis oratoribus respon-
dere David? aut quo clypeo eorum tela retunderent,
nisi clementia? quæ friuolas istas, tamē ualde pro-
babiles & in speciem penē inexpugnabiles homi-
num rationes, parui facit.

Error.

Iam quod dicit Mariam, si ante sponsalia fuisset uitiata, fuisse in matrimonium tradendā uis-
tori: errat. fuisse enim ex lege ante paternam de-
mum lapidanda, quia in ipsa uirginitatis signa in-
uenta non fuissent: sicut habetur in eodem Deut.
cap. 22. ex quo capite legem illam citat iste. Itaq;
si Mariam ob capitale crimen accusare debebat
Iosephus, eo quoq; nomine accusare debebat, quod
eam uirginem non inuenisset.

REPREHENSIO MATTH. 1. SV.

per uerbis illis: Ne metue asciscere

Mariam uxorem tuam.

Nos, quia hoc dicendi genus nonnulli
sua interpretatione reddiderunt ambi-
guum, perspicuitati studuimus. Fallūt
enim, qui hæc uerba sic accipiunt, quasi
iam antē uxor esset, sed ab ea abstineret:
cum hoc dicēdi genere nihil sit frequen-
tius tum Græcis tum Latinis, ut *ἀρραβία*
βάρβαρον γυναικα, quod Hebræi *נשא נשא*, La-
tini dicunt accipere uxorem, id est duce-
re in

re in matrimonium: sicut Aristot. Ethic. 3. dixit, παραλαμβάνειν συμβόλους, adhibere cōsiliarios in consilium. Mariam autē nondū duxerat Ioseph, sed tantū despōderat.

DEFENSIO.

Fallitur primum in eo, quod sponsam non putat dici uxorem: cum ea, & quidem uirgo, uxor dicitur etiam in eodē Deut. 22. cap. quod ipsemet paulo antē citauerat. Ibi enim iubetur interfici, qui uirginem uiro pactā compresserit, quia alterius uxorem subegerit. Fallitur etiam (aut certē fallere uult) in eo, quod in exemplis omittit aut dissimulat articulum & pronomen. Non enim scripsit Matthæus παραλαβῆν γυναικα (hac enim ratione rectē diceret iste) sed παραλαβῆν τὴν γυναικα σ. qui articulus τὴν, & pronomen σ, manifestē ostendunt, non esse similē locutionē illis quas citat: id quod quiuis facile perspiciet.

Sponsam uxorem dici.

Quod deinde cap. 2. me reprehendit, qui directam narrationem in obliquam mutauerim: satis ad id responsum est in ipsa statim præfatione Annotationum mearum, & in Matth. 26.

De oratione directa & obliqua.

REPREHENSIO, MATTH. 2.

Nuper quidam hunc locum his uerbis est interpretatus: Misit interfectū. Quam rectē, iudicēt alij. Mihi quidem aliud esse ui-

28 SEB. CASTELLIONIS
se uideatur, per alium interficere, quam
mittere qui interficiat.

DEFENSIO.

Hebraismus.

Genes. 20.
& 27.

Hebraismus est frequentissimus: Misit Abimelech, & accersiuit Saram: hoc est, misit accersitum, aut curauit accersendam. Misit Rebecca, & accersiuit Iacobum: hoc est, curauit accersendum. Quamquam & Græci authores sæpe sic loquuntur: ex quibus unum exemplum subiiciam, ex Iosepho de urbis excidio: lib. 1. cap. 10. Ἀντὼνιὸς ἐκπέμψας ὀπλίτας, πολὺς μὲν ἀπ' ἐστῆρας, πολὺς δ' ἐτροσεγ.

REPREHENSIO MATTH. 3.

super uerbo Baptizo.

Quamuis autem hoc meo quantulo-
cunq; labore sic omnes iuuare cupiam,
ut à me nullus offendatur: & ab inani
γομαχίᾳ tam certè abhorream, quam qui
maximè: tamen hoc loco nõ possum dis-
simulare quorundam audaciã, quæ uti-
nam intra uerba consisteret. Igitur isti ba-
ptizandi uerbum (quod quidem, si uoca-
bulum ipsum spectes, respondet Hebræo
בָּטַח, potius quam illi כָּפַר in nouo myste-
rio usurpatum sacris scriptoribus, totq;
seculis postea omnium ecclesiarum taci-
to con-

to consensu huic uni sacramento consecratū, ad eò ut in uulgaria etiam idioma omnium penè gentium transferit, audent tamen temerè immutare, ut modò lauandi, modò abluendi uocabulo utantur: delicati certè homines, qui neq; perpetua tot seculorum autoritate comouentur, neq; quotidiana uulgi consuetudine in loquendo adduci possunt, ut Theologis licere putent quod cæteris artium magistris & professoribus omnes concedunt: hoc est, ut quæ longo usu & optima fide possederint, tanquam sua retineant. Neq; est cur aliquot ueterum authorum autoritatem prætexant: ueluti quòd Cyprianus Tingentes dixit, pro Baptizantes: & Tertullianus quodam loco Christum sequestrem, pro mediatore uocat. Nam quòd illis ueteribus quasi nouum erat, nobis uetus est: & iam tum ea ipsa uocabula quæ nunc usurpamus, fuisse Ecclesiæ magis familiaria, & proinde illis magis placuisse, id conuincit, quod admodum rarò deprehendūtur aliter locuti. At isti ex hac nouitate gloriolâ captât. Verùm quid agas cum istis malis genijs, qui pro Angelis nobis fabricant Genios, & qui-

& quibus religio est Christum mediator-
rem appellare? Nam de Trinitatis uerbo
minimè (ut opinor) dubitant quin sit ex-
pungendū, qui sese in Deum credere enu-
bescunt profiteri. Hæc ille. Item in 1. Co-
rin. 1. super eodem Baptizandi uerbo, sic de me scri-
bit: Quidam uertit, Lauauerim, illoto cet-
tè sermone, utinam ne etiam animo.
Item in libro De occidendis hæreticis: Nam per-
sonatus Bellius (de me loquitur, quem Bellium
esse putat) ne illoto sermone uti uideretur,
aut potius ut re ipsa ostenderet, sese Ba-
ptismum non multo pluris quàm cæter-
as ablutiones facere, ubique nobis si-
cut ex Angelis Genios, sic ex Baptismo
Lotionem fecit.

DEFENSIO.

Quòd se dicit ab inani uerborum
pugna, uix credibile uidetur. Nam hæc tota accu-
satio duabus partibus constat: quarum una est ni-
hil aliud quàm pugna uerborum: altera qualis sit,
mox uidebimus. Quod enim de uerbo Baptizo
& Angelus scribit, quid aliud est, quàm quaerere,
utrum Græcis his uerbis, an potius Latinis Lauo
sequester. & Genius sit utendū? Item de Sequester, quid
aliud

Pugna uer-
borum.

Baptizare.
Angelus.

sequester.

aliud est, quàm utrum Ciceronianum sequestris
 uocabulum, an parum Ciceronianum mediatoris
 sit admittendum? Ne quid interim dicam, quòd
 ipsemet pro Mediatore dixit Internūcium, Galat.
 3. quòd non magis est Theologicum, quàm seque-
 ster. Ego nunquam negaui, Theologis fas esse
 concessis uerbis uti: quinimò ipsemet Theologo-
 rum uerbis sæpe utor. Sed quemadmodū illud con-
 cedendum puto, sic hoc quòd feci, non nefas esse
 existimo. Quid enim refert, quo uerbo res di-
 catur, dum sit eadem? nisi quòd Latinae linguæ stu-
 diosi (quæ in Scholis colitur) parum Latinis ma-
 gis offenduntur: & peregrinis uerbis imperiti
 facilius decipiuntur. id quòd cum ex alijs multis, tū
 uel in primis ex nomine Crucis in uernaculis lin-
 guis apparet. Nam si Gallicè dicas Christum sub-
 latum fuisse en un gibet: aut aux forches: aut Ger-
 manicè, an galgen: aut si dicas, si quis uult me se-
 qui, tollat ses forches, aut seinen galgen, non fe-
 rent imperiti: at si Latina uoce croix aut krüz u-
 tare, admittent. Cur? nisi quia peregrina uoce
 falluntur, putant que uocabula forches & galg
 turpiora esse, quàm crucis? Quid quòd ipse-
 met non solum alibi sæpe, sed & in eadem re-
 prehensionis suæ pagina, non semel facit quòd in
 me re-

Barbarorum
 & peregrino-
 rum uerbo-
 rum incom-
 moda.

Aduersarius
à seipso dis-
sident.

Lauare pro
Baptizare.

me reprehendit? Ibi enim uersu nono uulgarem in-
terpretem & Erasimum reprehendit, quod saepe e-
uertant, Intra uos: quod non modo non est Lati-
num, ut opinor (inquit) sed etiam obscurū. En, lau-
nitate in illorū, Intra uos, desiderat: in meo seque-
stre repudiat. Et idē rursus à seipso dissidēs dixit,
Intra uos, in Annot. cap. 7. ad Rom. quem locum
nos suo loco ponemus. Item statim post repre-
hensionem mei, sic scribit: Qui pueros non pueri-
tate baptizatos, nisi prorsus immergantur. Quid
enim est immergantur aliud, quam baptizentur?
Sicut ipsemet Marc. 7. declarat, ut si uelit una lin-
gua loqui, sit ei dicendum, Non putant rite bapti-
zatos, nisi prorsus baptizentur. aut: Non putant
rite immersos, nisi prorsus immergantur. Sed di-
uersarum linguarum confusione facilius decipi
imperitos. Iam in Marci cap. 7. Baptizare &
Baptismum, uertit Lauare & Lotionem: cur no-
bis denegat, quod ipsemet facit. At scribit, ibi
non agi de solēni illa ablutione. Quid tum postea
cum Marcus Græcè scribens, eodem uerbo fuerit
usus, & uetus interpres (qui certè Theologus cen-
sendus est, & quem ipse in Præfatione sua cæteris
omnibus anteposit) Græcum baptizandi uerbum
ibi usurpauerit, idemq; uerbum aliquoties etiam in
Veteri

Veteri testamento (unde & in Nouum manauit)
de cæteris etiam immersionibus tum in Græco tum
in Latino ponatur, cur id non retines, si tantum lon-
go usui & authoritati tribuis? An plus tibi licere
putas, quam Marco? Non ne uides hoc totum ni-
hil aliud esse, quam λογου αχιαυ? Atq; hæc ad
primam huius accusationis partem dicta sunt.

Alter pars est longe grauior: quippe non de
uerbis, sed de re: sed eadem resutatu quoq; facilior.
Quod enim dicit, me illoto animo scripsisse, hoc
est, baptismum non multo pluris quam cæteras ab-
lutiones facere, quia eodem nomine eum appellem:
posset primum in ipsummet conuerti, qui baptismi
immersionem, eodem quo cæteras, immergendi
uerbo appellauerit. Itemq; Ephes. 1. uersu 12.
Remp. Israelis. itemq; in lib. De occidendis hæreti-
cis, Ecclesiæ Christianæ cæterus siue Resp. appella-
rit, uidelicet ut re ipsa ostenderet (si modo eius ar-
gumentum ualere debet) sese eos non multo plu-
ris quam cæteras resp. publicas facere. Denique
damnandus esset Marcus & cæteri, quos modo ci-
tauimus, qui profanas lotiones eodem quo sacras
uerbo nuncupauerint. Imò damnandæ omnes Sa-
cræ literæ, quæ falsos deos, falsos prophetas, fal-
sa templa, deniq; penè omnia falsa iisdem nomini-

Sacra iisdem
uerbis qui-
bus profanæ
appellari.

34 SEB. CASTELLIONIS
bus appellent, quibus uera. Quòd uerò dicitur
ijs quibus religio sit Christum mediatorem appo-
lare, itemq; de Trinitatis uerbo expungendo, si in
me scribit (sicuti uidetur orationis tenor ostende-
re) falsa scribit: & si de uerbis hoc dicit, Assyria
xica est. sin à uerbis ad res transfert, sicut in Be-
ptizandi uerbo fecit, capitalis calumnia est: &
eadem ineptior, quàm ut egeat refutatione.

REPREEN. MAT. 4. 23.

Quòd Euangelium regium conuertere-
runt nonnulli, obscurum est, atq; etiam
(ut dicam quod sentio) parum appositum.

DEFENSIO.

Est ergo ipsius quoque translatio obscura, qui
Euangelium regni. De quo enim regno
cat, ex translatione nò apparet. Taceo quòd ipse
met paulo antè cap. 3. 2. in eodem loquendi genere
regnum ccelorum interpretatus est regnum celi-
ste. Est autem Hebraismus, qualem habent Galli,
dum ligneam mensam dicunt mensam ligni, table
de bois: sicut & Germani trabium domum, hoc
est ex trabibus factam, Blochhaus.

REPREEN. MAT. 4. 24.

Dæmoniacos, δαίμονιζουμένους. Quidam
nuper uertit furiosos, uocabulo certè ni-
mium generali, & periculosa etiam uer-
sione.

DEFENSIO.

35

sione. Nec enim desunt, quibus dæmonium siue diabolus nihil aliud est quam *μαρία*.

DEFENSIO.

Furiosi, à furijs proprie dicuntur, quas deas pu-
tauerunt olim Latini, quæ homines redderent fu-
riosos: quales à dæmonijs reddi, tradunt Sacra li-
tera. Quòd si quando furiosus alia notione dici-
tur, id fit figurate: nec debet propter figuratū uer-
bum repudiari proprium. Quòd autem dicit,
periculosam esse uersionē meam, propterea quòd
nonnulli dæmonium putent nihil aliud esse quàm
μαρία, imprudens me excusat. Si enim ipsum dæ-
monium putant esse *μαρία*, perspicuum est, peri-
culum illud non à furiosi uerbo existere, cum illi
non furiosum, sed dæmoniacū sic interpretentur.
Itaq; aut in uerbo non est illud periculū: aut si est,
non minus in dæmonij quàm furiae uocabulo est.

Quòd autem de dæmonio siue diabolo scribit,
uidetur hæc duo pro eodem accipere, & in eo er-
rare. Diabolus enim à dæmonijs (quantum ego ex
Sacris literis possū percipere) sic differt, ut Deus
ab angelis. Itaq; semper in singulari numero dici-
tur diabolus: dæmonia nō itē. Et dæmoniorū prin-
ceps dicitur Beelzebub, sicut angelorū Michael.

Diaboli &
dæmonij di-
scrimen.

c 2

Deniq;

Matth. 25.

Denique uidentur dæmonia, angeli esse diaboli, quibus illud: Faceſſite à me, execrables, in ignem sempiternum, diabolo eiusq; angelis paratum. Hæc autem hæc dæmonia non uariæ, sed reuerentis ritus, cum ex eo quæ modo citauimus loco, multis patet, tum uel apertissime ex Matth. 8. in quo ex hominibus in porcos dicuntur intrasse. Cuius funduntur autem hæc nomina in Gallico sermone, sicut & in Germanico. Vocantur enim tã dæmonia tum diabolus, diable, teufel. Sed Gallicum fuisse nomen aliud, mihi uel ex eo fit uersibile, quòd Sabaudi aliquibus in locis siue dæmonium siue diabolum appellant puta foura, deducto à ferria uocabulo, quasi tu dicas fœda furia.

CONFESSIO.

Cæterum quòd cap. 5. super illo, Vltimum quadrantem soluere: reprehendit marginalem annotationem meam, qua dixi, id esse quod Latini dicuntur Ad denarium, hoc est plane omnia soluere: ipsæ uero gens huius locutionis sensum hunc esse apud Ciceronem, ego ei credo, tametsi Ciceronis locutionem illam non perpendi. itaq; denarium illum ex margine mea expunxi.

Ad denariũ
soluere.

REPREHENSIO MATTH. 8.
Filij uerò regni, id est quibus regnum

quasi hæreditario quodam iure uidebatur destinatum: ut infrà cap. 9. filij thalami dicuntur, qui sunt ad nuptias inuitati: & Joann. 17. filius perditionis, homo exitio deuotus, ex Hebræorum idiotismo, qui haud satis scio an totidè Latinis uerbis exprimi possit. Certum quidem est, hoc nomine ornari Israelitas, quia iure adoptionis diuinæ sacerdotium regale erant, & regnum sacerdotale. Imò Deus Israellem filium suum uocat, & quidè primogenitum. Itaq; non satis consideratè hebraïsmum hunc quidam Romana ciuitate donare tètavit: quia aliud est, esse regium filium, quàm ex eorum numero ad quos regnum pertinet. Deinde, quicunque sunt regis filij, minimè succedunt in regnum.

DEFENSIO.

Falsum falso confirmare conatur, & sibimet tum in uerbis tum in sententia repugnat. Neq; enim filij thalami dicuntur, qui sunt ad nuptias inuitati: sed qui sunt in nuptijs. Sicut apparet ex ipsius uerbis Christi, qui dicit, eos nõ posse lugere, utpote quibus adsit sponsus. At qui inuitati possunt lugere. Et si spiritualiter regnum appelles æternam

Filij thalami
quiam dicuntur.

beatitatem, in qua nōdum erant discipuli Christi,
 certè postea luxerunt, inuitati, quem admodum eis
 prædixit Christus: Mundus gaudebit, at uos luge-
 bitis. Neq; enim minus erāt inuitati tempore per-
 secutionum, quàm tum, cum eis corporaliter adese-
 set Christus: & tamen lugebant. Non est igitur
 gaudium istud in inuitatione, sed in nuptijs. ^{seruitur}
 enim cum lachrimis, id quod inuitationem ^{subsequi}
 tur: metitur cum læticia: hæ sunt nuptiæ. Est igitur
 Christi similitudo hæc: *Quandiu ego discipu-
 lus meis præsens adsum, gaudent, tanquam in nup-
 tijs, ideoq; non ieiunant: sed me postea sublato, se-
 quentur persecutiones: ac tunc ieiunabunt, & lu-
 gebunt.* Similiter quòd filios regni dicit eos esse
 se, quibus regnum uidebatur destinatum: ipse se ip-
 sum paulo post insciens refellit, dum Petri uerbis
 uocat eos regnum sacerdotale. certè enim, hoc nō
 est destinatos esse regno, sed est esse in regno, &
 regnare: id quod indicat Christus, cum dicit eos
 eiectionem iri. Eici enim nemo potest, nisi qui intrus
 est. item alibi, dum dicit, fore ut ab eis regnum au-
 feratur: auferri certè nō potest, nisi quod habetur.
 Quòd aut scribit, regni filios esse, quibus regnum
 destinatum uideatur: hoc uidetur uelle dicere, ui-
 deri, sed non esse destinatos. Verum ipse se ipsum
 etiam

etiam in hac sententia, sicut & in uerbis, refellit.
 Si sunt enim regnum sacerdotale, certè fuerunt an-
 tè ad hoc regnum destinati: & tamen eiiciuntur.
 Atq; eadem opera refellit etiam reprehensionem
 istam, qua me carpit, qui filios regni dixerim filios
 regios, cum ipse idem faciat. Si enim uolet Hebrai
 cè reddere quod dicit sacerdotium regale, dicet sa-
 cerdotium regni: & regnum sacerdotale, dicet
 regnum sacerdotij: neque enim possunt hæc ali-
 ter (quod sciam) Hebræo sermone dici. Quòd ue-
 rò negat omnes filios regis succedere in regnum,
 nos magis Paulo credimus, qui dicit: Si filij, ergo
 heredes, scilicet regis Dei, & porro cohæredes
 Christi. Eadem dicta uolo de regio Euangelio aut
 sermone, quæ alibi reprehendit.

REPREHEN. MATTH. II.

Quidam conuertit: Estq; suis aliena sa-
 pientia, cui non assentior. Nã ut *Αἰμαῖος* dicit
 fateor à Paulo etiã accipi pro *ἐλευθερωθεῖαι*,
 id est liberari, Rom. 6. tamen nemo non
 uidet aliud esse liberari, quàm alienum
 fieri, & hunc sensum parum conuenire.
 Neq; uerò (ut ipse putat) cogimur in hæc
 sententiam descēdere, quia scriptum est
αὐτῶν, non *ὑπὸ*. Solent enim hæc particulæ
 permutari.

40 SEB. CASTELLIONIS
DEFENSIO.

ini & iud.

Legatur super hoc loco Annotatio mea, ut appereat, an parum conueniat hic sensus. Quod de *cap. 13. uers. 1.* scribit, non nego hæc solere permutari: sed ubi propria significatio locum habet, quaeri non debet minus propria. Et ipsemet ad Roman. 13. uers. 1. eadem utens ratione qua ego, quosdam reprehendit his uerbis: *Quæ uerò sunt, à Deo ordinatæ sunt, quasi Græcè scriptum sit *cap. 13. uers. 1.**

REPREHENSIO MATTH. 12.

In libro De occidendis hæreticis, scribit his uerbis: *Cognitionem autem de statu animarum post hanc uitam, à uobis ut parum necessariam reiici, minimè miror: quum bonum illum uirum in disertis suis Annotationibus affirmare non pudeat, se quid sit futurum seculum ignorare.*

DEFENSIO.

Futurum seculum.

Calliditas est in detractione unius uoculae. Ego scripseram de eo peccato quod nec in hoc seculo, nec in futuro ignoscitur, his uerbis: *Sed quid sit id futurum seculum, ego ignoro. Quorum uerborum hic sensus est: Ignoro de quo nam seculo Christus hic loquatur, utrum de nostro, quod tum erat futurum, an de futuro post hanc uitam. At hic detra-*
Et uocula

DEFENSIO.

41

Et uocula Id., criminandi occasionem inuenit. Ipse quidem in sua Annotatione quid sit id futurum seculum, non minus dubitare uidetur quam ego, cum ibi hæsitet inter tres sententias.

REPREHENSIO MATTH. 15.

De uerbo Prophetare, quod ego Vaticinari soleo dicere, sic scribit: Si mihi nouitas placeret (ut quibusdam, qui utinam uerbis tenus Scripturam profanarent) mallet uti prædicendi uerbo, quod Græco uocabulo profus respondet. Nam uaticinari opponitur potius τῷ μαρτυρεῖν δαι.

DEFENSIO.

Hebraica uox Nabi, est planè idem quod Græco Vaticinari quid sit.
 καμάρτις, Latina uates. Sed ueteris fœderis interpretes Græci, qui nō admodum propriè loquuntur, προφήτου appellarunt: quos imitati sunt Apostoli. Inde uerbum προφητεύειν, quod in Sacris literis non est propriè prædicere (quamuis ea sit uerbi Etymologia) sed est de rebus diuinis et occultis diuinitus loqui, siue præteritis, siue præsentibus, siue futuris. Et prophætæ eadem ratione dicuntur, nam de præterito & præsentis dictum est illud Ioan. 4. Domine uideo te esse prophetam. Vocat enim mulier Christum prophetam, quoniam dixisset eam quinque maritos habuisse (quæres præterita

42 SEB. CASTELLIONIS
 præterita erat) nunc habere non maritum, quæ
 res præsens erat. Item illud Matth. 26. & Mar.
 14. Propheta nobis quis te percussit, de re præ-
 terita dictū est: & ipsemet ibi uertit, Vaticinare,
 quod tamen in me reprehendit. Et Empedocle
 uocat Paulus prophetam, Tit. 1. quia Cretes sem-
 per mēdaces uerissimè dixerit, ut diuinitus dixisse
 uideatur: & idem uerbum Prophetare sæpe usur-
 pat, pro res diuinas eloqui, 1. Cor. 11. & 13. & 14.

CONFESSIO.

Quod Marc. 3. reprehendit illa, Eorum animi
 torporem dolens: rectè reprehēdit. itaq; pro Tor-
 porem, reposui Callum. Verum 2. Cor. 3. ἐπι-
 γλώσσι τὰ νοήματα κὺρ τῶν, cōuerti, Mentes habe-
 rent cæcas: quasi ἐπιγλώσσι scriptum sit. ita enim
 postulat sententia, ut apparet ex uelamine, cuius
 ibi fit mentio.

ἐπιγλώσσι
 ἐπιγλώσσι.

REPREHENSIO LVCAE 1.

Sed quod quidam (ut etymologiam
 Hebræam adumbraret) temetum cōuer-
 tit, mihi non placet. Sicera enim mani-
 festè hoc loco distinguitur à uino, ut Le-
 uit. 10. Temetum autem antiquum fuisse
 se nomen, quo significabatur ui-
 num, declarat Plinius.

DEFENSIO.

DEFENSIO.

Et ego in Annotatione mea confessus sum, te Temetum
metum esse uinum. sed cum Latine proprium uer-
bum non haberem, quo omnia uina quæ nõ ex u-
uis sunt, declararem: usus sum minus proprio. At-
que idem fecit ipse. Cum enim ἀμφιβλῆσις pro-
prian appellationem apud Latinos non inueniret,
generis nomen retinuit, & rete appellauit: sicut i-
dem scribit in Matth. 4. cum rete in eodem cap.
generali uocabulo δίκτυον appelletur.

REPREHENSIO LVCAE I.

Quidã uertit instituta (scilicet uocẽ *δι-
νάμιον*) sed hoc uocabulo uidetur signifi-
cari cõsuetudo nõ perscripta, quæ scili-
cet usu potius quàm legislatoris autori-
tate inualuit. Hic uerò agitur de ritib. sa-
crorũ à Deo acceptis, & à Mose promul-
gatis ac perscriptis, ut ipsa Hebraici uo-
cabuli notatio declarat. Itaque uidetur
hoc melius exprimi, si constituta uoces.

DEFENSIO.

Etiã instituta eadẽ ratione dicuntur à Cicero Instituta,
ne i. Offic. Te abũdare oportet præceptis institu-
tisq; philosophiæ: hoc est, à philosophia præscri-
ptis. Et i. Acad. Institutum Platonis dicit, quod à
Platone scriptum est. Ne quid interim dicam,
quod

quòd ad uerbū uel Græcum *διεπίστωμα*, uel Hebraicum *דבר*. nihil refert, utrū scriptum sit institutum, an non scriptum, sed tantum uerbis aut iure præscriptum: ut faciliè fatebitur, qui Hebraici uerbi uim diligentius cognouerit.

CONFESSIO.

Quòd locum illum Luc. 1. reprehendit, quem ego sic conuerteram, Israelitarum multos Dominus ipsorum Deo reconciliabit, &c. rectè reprehendit. Itaq; ego totum locum sic corrigo: Israelitarum multos ad Dominum ipsorum Deum conuertet, eum que antecedit ipse, Eliano spiritu potentiè præditus, ut patrum animos ad natos conuertat, & contumaces ad iustorum prudentiam. Sed quòd rationem addit, quia reconciliatio non fit officij Iohannis, inualidū est. Nec enim magis est officij Iohannis, corda conuertere, quàm reconciliare, cum corda sint in manu Domini. Sed quòd per suos facit Deus, id dicuntur ipsi facere. Sic & Paulus dicit se laborare ut aliquos seruet, cum tamen seruare sit solius Christi.

Corda conuertere, & reconciliare Deo, cuius uiam sit.

REPREHENSIO LUCÆ 1.

Spiritus sanctus superueniet in te. Quidam *ἐπιδύομαι* uertit Inuadet, quod uerbum mihi non probatur hoc loco. Solet enim

let enim plerunq; in uitio usurpari, neq;
satis uidetur exprimere discrimen illud

inter ἐπιερχεσθαι & εἰσερχεσθαι.

DEFENSIO.

Quid tū postea, si plerunq; modò ne semper? Inuadere.
præsertim cum hoc loco nihil sit periculi ab ambi-
guitate, utpote cum sententiæ circumstantia ambi-
guitatem non admittat. Quod ad discrimen atti-
net, ne Græcum quidem uerbum ἐπιερχεσθαι id sa-
tis exprimit, quippe quod non pro superuenire, sed
pro uenire aut aduenire dicatur. Ephes. 2. ubi ipse
uertit Succedere: & Iacob. 5. ubi uertit Superue-
nire. cum tamen sit eadem utrobique notio. Et Act.
8. ubi uertit, Euenire.

REPREHENSIO LVCAE 1.

Quidam nuper admodum frigidè &
ambiguè totum hunc locum est interpre-
tatus, cum diceret, Deum procurasse po-
puli sui liberationem. Nam ut emphalim
uerbi ἐπιερχεσθαι præteream, de qua mo-
dò dixi, uel Christi beneficium quantum
in nos extet, non satis intelligit, uel ni-
mium parcè illud prædicat, qui ex Iesu, id
est uno & solo nostræ salutis authore, fa-
cit salutis nostræ procuratorem. Deniq;
nimium icuonè Deum laudat, qui ab eo
dicit

46 SEB. CASTELLIONI'S
dicit id esse procuratum, aut etiam admi-
nistratū, quod ipse solus ultrò & inchoa-
uit, & absoluit.

DEFENSIO.

ἐπιτοκίη.

Primum uerbi ἐπιτοκίη (sive ἐπιτοκίη
πῶς) (quod idē est) uim uidetur ignorare. Id enim
cum alio uerbo iunctū, non est inuisere, sed cura-
re, sive procurare. cui respondere uidetur Latine
dispicere aut considerare, quomodo apud Colum-
mellam ponitur: Considerandum est ut solum piri-
gue sit. id est, uidendum, sive curandum: & Gallice
cum regarder, & Germanicum lügen. Atq; hoc
apparet ex hoc ipso loco. Sic enim ad uerbum los-
quitur Lucas: Inuisit & fecit liberationem populo
suo. Atqui non inuisit liberationē (quis enim pos-
set esse sensus horum uerborum?) sed faciendā cu-
rauit. Hoc quoniā nō uidebat iste, uocabulo Popu-
li usus est in accusatiuo, ut cū uerbo Inuisit coher-
eret: quā constructionē repudiant Græca uerba.
Eodē errore lapsus est Actor. 15. in eo loco quē sic
conuertit: Simeon exposuit quomodo primū Deus
respexerit gētes, ut sumeret ex ipsis populū nomi-
ni suo. Qui locus sic ad uerbū habet: Quomodo
Deus inuiserit sumere ex gentib. populū. hoc est,
sumendū curaerit, cuius Hebraismi ignarus, uer-
bum

bū ἐπιπροσέτιον cōuertit, Respexerit: & nomē
 ἔβρωψ, duob. uocabulis sine ulla necessitate expli-
 cavit. Est aut uerbū hoc Hebræis רָצָה, quod infi-
 nitis locis procurationē significat, nō solum cū uer-
 bo, sed & cū nomine comunclū: cuius exempla si-
 quis desiderat, legat uel in Cōcordantijs uerbū Vi-
 sito, aut Visitatio. Inde רָצָהוּ עִיּוֹן מִן הַיָּמִים, munus
 & functio, quasi inspectionē dicas, sicut ipsemet
 interpretatur Act. 1. Deinde quod dicit me dixisse
 Deum procurasse populi sui liberationē: nō procu-
 rasse, sed procurare dixi. nondū enim cōfecta res
 erat, sed tum demum fiebat: tametsi Græca uerba
 præteriti sunt tēporis. Sed Hebraismus est, quē cū
 alibi sepe animaduertit hic homo, mirū est hoc
 loco nō animaduertisse: præsertim cū & transla-
 tionē meam ob oculos haberet, & multū referat
 ad sententiā, utrū hæc per præteritū an per præ-
 sens uerbum dicantur. Postremò quod dicit,
 à me ex salutis autore fieri procuratorē, sophisma
 est. Procurator enim (quo nomine ego non sum u-
 sus) est alienæ rei administrator. At procurare la-
 tius patet. est enim rem aliquam, siue suam siue a-
 lienam, curare. inde Procuratio, quam Cicero e-
 tiam dijs tribuit, his uerbis: Sunt enim philosophi,
 & fuerunt, qui nullam omnino habere censuerunt
 rerum

PROCURATOR.

PROCURATOR.

48 SEB. CASTELLIONIS
rerum humanarum procurationem deos: lib. x. de
Natura deor. Hic certè procurationem proci-
posuit, rei non alienæ. Quin ipsemet sic usus est
Rom. 12. 17.

REPREENSIO LVCAE 2.

Sed operæ precium est, hoc loco con-
siderare sacrilegam eius audaciam, qui u-
trunq; testamentum nuper ita conuertit,
ut suo arbitrio quiduis non modò detra-
xerit, aut addiderit, sed etiam mutarit. Is
igitur quia inter cæteros errores hunc e-
tiam tuetur, qui homini liberū arbitrium
concedit, à cuius uoluntate pendeat di-
uini consilij constantia, id est qui causarū
ordinem prorsus inuertit: uidebat autem
uerbum *uēdxi* nō posse sine uiolenta in-
terpretatione ad solum euentum referri,
sed potius æternam Dei destinationem
declarare: idcirco in locum unius copula-
tiuæ cōiunctionis duas disiunctiuas sub-
stituit, & totum hunc locum ita interpre-
tatur: Scito hunc multorum uel casui uel
resurrectioni in Israelitis destinatum esse.
Hoc est scilicet diuinæ providentiæ
religiosè patrocinari.

DEFENSIO.

Primum quòd me dicit arbitrio meo quiduis,
non modò

non modò detraxisse, aut addidisse, uerù etiam mutasse id quib. uerbis diluam, ambigo. Nam si eum calumniari dixerò, uerè equidem & propriè dixerò: sed ne quos hoc uerbo offendam uereor. Itaque ipsimet quo uolet uerbo crimen hoc nominandum relinquo, nam planè falsum est: aut planum faciat. Est autem crimen capitale, nam si feci, impiè feci: si non feci (ut profectò non feci) quàm piè accuset iste me, uiderit ipse: simulq; causam suam mediterur, quid sit responsurus illi iudici, qui docuit eadem mensura nobis esse remetendum.

Nam quod ad uerba attinet, quòd alicubi aliquà uocem ad sententiam exprimendã uel addidi, uel detraxi, aut mutauit: hoc est omnibus interpretibus necesse, idq; ipsemet sæpius etiam fecit quàm ego, sicut in meis Defensionibus deinceps apparebit. Cæterum quod ad aut orũ mentem attinet, ego eam ubiq; pro uirili mea religiosè sum interpretatus: neq; sicubi erraui, hoc sacr. legæ audaciæ, sed ignorantia potius tribuendum est.

Ne illud quidè uerè dicit, me tribuere homini uoluntatem, à qua pèdeat diuini consilij constãtia.

Quod ad coniunctionem Vel attinet, posita est hic pro partim: sicut loqui solent autores Latini, dũ tam sic geminãt ut ego. Atq; hic esse partitionem,
d facile

Vel pro partim.

facile apparet ex sententia, neq; enim iisdem fuit
 Christus casui & resurrectioni: sed alijs fuit casui,
 alijs resurrectioni, cuiusmodi partitionem in eodẽ
 argumẽto adhibuit Paulus, sed paulo copiosius ex-
 plicauit in 2. Corint. 2. his uerbis: Siquidem Chri-
 sti suauis odor sumus Deo, in ijs qui seruantur, &
 in ijs qui pereunt: quorum his sumus mortalis odor
 ad mortem, illis uitalis odor ad uitam. Hic se Pau-
 lus primum tantum membrum posuisset, uidelicet,
 In ijs qui seruantur, & in ijs qui pereunt, cum sit i-
 bi copulatiua coniunctio, planè uideretur suauis
 odor ad utrosq; referri, si uerba spectes. At si sen-
 tentiam, non item. Sic & in hoc Lucæ loco,
 Christus ijs qui eum repudiant, est casui: qui ad-
 mittunt, resurrectioni, ut ritè uerti possit: Erit ma-
 tis partim casui, partim resurrectioni: hoc est, quor-
 busdam casui, quibusdam resurrectioni. Neque
 uerò abhorret ab huiusmodi partitione coniunctio
 uerò. ea enim sepe sic ponitur, ut apud Platonem
 in Gorgia: ἀγαθὸν ἴσῃ τῆς κακοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ἴσῃ
 τοῦ καλοῦ: Est ne aliqua fides uera, alia falsa? Et mox:
 τίς δὲ ἐπιστήμη, ὅτι καὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κακοῦ: Quid
 scientia? est ne alia uera, alia falsa?

καὶ τοῦ καλοῦ.

Quod de uerbo καὶ τοῦ καλοῦ dicit, quorsum dicat nõ
 satis perspicio, Videtur quidẽ hoc uelle dicere, ut
 ut alter

in alterum (uidelicet casum) ad euentum, alterum uero (uidelicet resurrectionem) ad Dei destinationem referrem, idcirco disiunctiua coniunctione usum esse. Sed id mihi nunquam uenit in mentem, ut hæc uerbis in translatione disungerem, quæ Lucas uerbis non disiungit: nec mea uerba hoc ullo pacto ferunt, nec enim usus sum duobus uerbis, sed uno uerbo Destinandi, quod certè ad utrumq; refertur non minus in mea, quam in eius translatione.

Quod ad sententiam attinet, uidetur in ea à se Pugnantiâ: ipso dissentire. Hoc enim loco uidetur carpere me, quòd casum illum, quem quibusdam Christus attribuit, ego euentui, non æternæ Dei destinationi tribuâ. At idè alibi planè diuersam sententiâ tradit. scribit enim Luc. 1. de Iohanne, qui missus sit ut conuertat corda patrum ad filios, his uerbis: Cæterû Euangelij
suis pro-
prius. quia quod hic dicitur de Iohannis munere, cû eo uideatur prorsus pugnare quod Christus de se dicit infra cap. 12. sciendum est, hic agi de uero & proprio Euangelij fine: illic autem Christum differere de euangelicæ prædicationis euentu, quæ longè maximam mundi partem offendit. Sed hoc tribui Euangelio nõ potest, nisi *ἡ συνουσία πάντων*, cum sit doctrina ueræ concordie ac pacis, sicut

Angeli de caelo testati sunt. Hæc ille. ^{Locuti}
autem quem ex cap. 12. indicat, est hic: An me ad
pacem in terris conciliandam uenisse arbitrantur?
Nequaquam: sed potius discordiam, &c. ^{Igitur}
ex his uerbis hæc sententia efficitur: Quod Euan-
gelium sine Christus mundo disidium affert, non
est eius finis uerus & proprius, sed euentus & ho-
minum culpa, qui in lapidem huc impingunt. Quod
uerò pacem affert credentibus, est eius finis
proprius. Huic ego sententiæ libenter subscribo,
eumq; deinceps eius memorem esse uelim: ac secun-
dum eam uerba Lucæ sic explano. Quod Christus
quibusdam ruinæ est, non est eius finis & destina-
tio: neq; enim uenit ad perdendum. Quod uerò a-
lijs saluti est & resurrectioni, est eius proprius fi-
nis & destinatio: uenit enim ad seruandum. Est e-
nim Christus lapis fundamenti, id est fundandis
hominibus destinatus: in quem tamē si quis impin-
gat, frangetur, nō quia destinatus sit lapis ille fran-
gendis hominibus, sed hic est euentus, isq; totus ab
impingentium culpa pendens.

REPREHENSIO LVCAE 7. SV-
per loco illo: At Pharisei & legis periti, Dei
consilium (quantum in se fuit) rescide-
runt, ab illo non baptizati.

Quidam

Quidā uerbum *ἰβέτησιν* conuertit Re-
 siderunt: & fateor τὸ *ἰβέτησιν* interdū hoc
 declarare, ut diximus Marc. 7. Sed alibi
 testatur Paulus, uerbum Domini nō pos- Rom. 9.
 se excidere, &c. Itaque quamuis soli ho-
 mines in culpa sint, quoties nullū benefi-
 cētiae Dei locum relinquunt: tamen con-
 siliū Dei rescindi posse nego.

Aduersus seipfos, *eis ἑαυτῶς*, id est suo
 maximo damno. Neque enim Deum, sed
 seipfos lædunt, qui Dei gratiam aspernā-
 tur. Potest tamē etiam accipi *eis* pro *ἐν*: ut
eis ἑαυτῶς significet apud se: quia scilicet i-
 sti non audebant palām Iohannis doctri-
 nam aspernari, quōd populū metuerent.
 Postremō quidā conuertit *eis ἑαυτῶς*, quan-
 tum in se fuit. quod genus dicendi nus-
 quam memini legere: & haud satis scio
 an reperiatur, nisi præposito articulo. Po-
 terat tamen uideri hoc modo conuertit-
 se, ut leniret præcedentem interpretatio-
 nem uerbi *ἰβέτησιν*: nisi omnes nossent i-
 ta eum sentire de quibusdam Dei consi-
 lijs, ut eorum euentum uelit in hominis
 esse arbitrio ac potestate. Actum enim e-
 rat de Dei iusticia, nisi eius patrociniū
 bonus uir iste suscepisset.

Pugnancia.

ἀβερῶν.

Dei præcep-
tū siue cōsi-
liū rescinde-
re, quid sit.

Et hic pugnancia loquitur. fatetur enim, uerbū
 ἀβερῶν in Marco esse rescindere, siue irritum fa-
 cere: sed hoc loco sic poni negat. Atqui si Marco lo-
 cū ad hūc cōferamus, uidebimus planē eandē esse
 mentem. Sic enim in Marco scriptū est: Dei præ-
 ceptum rescinditis, ut uestram institutionem con-
 seruetis. Moses enim dixit: Honora tuum patrem
 atque matrem. At uos, &c. Quæro quod est il-
 lud Dei præceptū, quod rescinditur? Non ne uer-
 bum illud, Honora tuum patrē atq; matrē? Atqui
 uerbū illud, est consilium Dei. Et tamen illud Dei
 uerbum dicitur rescindi: Ergo Dei consilium re-
 scinditur. Quod autem uerbum illud sit consi-
 lium Dei, aut (ut magis propriè loquar) interpres
 consilij Dei, ostenditur etiam ex istius sententiā,
 qui sic à uerbo ad consilium argumentatur, ut di-
 cat, Dei consilium non posse rescindi, quia Domi-
 ni uerbum non possit excidere. Item Rom. 2. super
 uerbis illis: Benignitas Dei ad resipiscentiam te al-
 licit: annotat, uerbo Allicit significari consilium
 ac uoluntatem.

Iam ueniamus ad Lucam. Dei uerbum siue con-
 silium erat, ut Pharisei à Iohanne baptizaren-
 tur: hoc mihi (credo) concedet accusator meus:
 aut ostere

aut ostendat, quod' nam fuerit hoc Dei consilium. Atqui non sunt baptizati, ergo Dei consilium in eis fuit irritum: hoc est, non id euenit quod Dei consilij erat. & tamē hoc negat iste. Quid quod eius etiam translatio eandem sententiam effugere non potest? Quid enim refert, utrum dicas Reiecerunt, ut ipse uertit: an, ut ego, Irritum fecerūt? Reiecerunt, inquit, consilium Dei. Quod' nam id erat? nimirum ut baptizarentur. Quomodo reiecerūt? Nullum huic beneficentiæ Dei locum relinquendo: sic enim interpretatur ipse. Atqui nullum locū beneficentiæ relinquere, est beneficentiā, & porro beneficientis consilium irritum reddere. Quid enim? si tua uoluntas & consilium esset, mihi medicinam adhibere, & ego medicinæ nullum locū darem, non ne tuum consilium irritū redderem? Ita quocunq; id uerbo declares, eodē recidunt omnia.

Quod ad eis *εαυτοῖς* attinet, ego eis pro *εἰ* dictum accipio: quod interdum fieri, & nos in Annotationibus nostris ostendimus, & ipse tum hic tum alibi fatetur.

Quod postremò dicit de euentu quorundā Dei consiliorū, paulo distinctius & tolerabilius loquitur q̄ supra Luc. 2. ubi nō uerè scripserat, me in hominis uolūtate collocare diuini consilij constantiam.

CONFESSIO.

Quòd locum illum Ioan. 2. (Quod nobis exemplum præbes?) reprehēdit, rectè reprehendit: itaque pro exemplo, signum reposui.

REPREEN. IOAN. 9. SV-

per uerbis illis: Sed ut in eo diuina

opera patefiant.

Qui tradūt *ivæ* pro *dēi* positum esse, nondum potius secāt, quàm expediunt. Supplenimus ergo ex Nonno, quod uisum est maximè accommodatum.

DEFENSIO.

Atqui in translatione mea constat planè eadē sententia, neq; quidquam ad supplementum additur. est enim hoc loco constructionis uerborum permutatio. Neq; enim quærunt hoc loco discipuli, utrum peccauerint huius cæci parentes, an ipse. nam cum sint omnes fontes, quis dubitet quin illi peccauerint? Sed quærunt quæ causa sit huius cæcitatatis: utrum parentum, an cæci peccatum? Atq; huiusmodi constructionis permutationem ritè annotauit ipsemet in Ioann. 19. ubi pro, Qui uidit testatur, docet intelligendum esse: Qui testatur, uidit. Iam de *ivæ* pro *dēi*, legantur quæ nos annotauimus in 2. Cor. 8. Quin ipsemet in Iohan. 13. *ivæ* πλὴν ὧν, uertit, Oportet ut impleatur, rectè ille

ivæ pro *dēi*.

Ille quidē: sed malè annotauit, supplendum esse uerbum Oportet. Neq; enim conueniet hæc constructio, δ' εἰ ἵνα πληρωθῆ, cum dicendum sit δ' εἰ πληρωθῆναι. Item Ephes. 5. ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα, uertit, Vxor autem uideat ut reueretur uirum. Vbi ἵνα pro δ' εἰ positum dico, neq; uerbum Videat supplendum.

REPREHENSIO ACT. 1. SV-
per uerbo συναλιζόμενος.

Quidam conuertit, Ac eos frequentando, non minus incommodè, ut arbitror, quàm obscurè.

DEFENSIO.

Si συναλιζέσθαι est congregari, ut est, non incommode hoc loco uerti Frequentādo: hoc est, frequenter conueniēdo, & se ad eos congregando. neq; item obscurius est hoc dictum, quàm loqui solent autores Latini, ut Sallustius in Iugurtha: Deniq; plebs sic est accensa, inquit, ut opifices agrestesq; omnes, relictis operibus, frequentarent Marium. At in reprehensoris mei translatione est hoc incommodi, primū quod sic uertit quasi scripserit Lucas συναλιζωμ, cum scripserit συναλιζόμενος. Deinde quod etiam si concederemus uerbum esse medium (cuius tamen exemplum desidero)

ro) debuisse Lucas scribere σωμαλιστέρον
 ut facile concedent qui Græcè sciunt, & ut appa-
 ret ex ipso Herodoti exemplo quod hic citauit, in
 quo non σωμαλίζοντα, sed σωμαλίσκοντα scri-
 ptum est.

REPREEN. ACTOR. 1. SUPER

illis uerbis: Vim accipietis Spiritus san-
 cti, qui uos inuadet.

Quidam interpretatus est, Qui inua-
 det, non modò neglecto tempore, sed e-
 tiam improprie, cū neq; uerbi illius Græ-
 ci uim expresserit: neq; inuadere dicatur,
 qui iuuandi causa accedit.

DEFENSIO.

Inuadere.

Inuadere uiam, dixit Virgilius: in quo uerbo mi-
 hi uidetur esse quædam uehemētia, qua Græcæ
 uerbum ἐπιερχεσθαι non malè declaratur, & quæ
 impetum illum Spiritus sancti exprimat, qui suos
 tanquam uentus aggrediatur. Verùm de hoc iam
 aliquid respondi mus Luc. 1.

In præterito
 participio in
 est uis futuri
 temporis.

Quod autem de neglecto tempore dicit, malè
 dicit. Inest enim in præterito participio, in huius-
 modi loquutionib. uis futuri temporis. Ut si dicas,
 Ego post triduum hoc negotio defunctus ad te ue-
 niam: hoc est, hoc negotio defungar, deinde post
 triduum

triduum ad te ueniam. Quin ipsemet sic tēpus mutauit, Act. 24. f. 23. ubi ἀνεῖ βῆσδρον εἰς ὡς uertit. Postquam exquisitius cognouero. ubi tamen ei non assentior. Idem annotauit in 2. Corin. 2. uersu 3. super uerbo ἐλθῶν. Tale est illud Iohan. 13. εἰς ὅς ἐστὶ ὡ ἐγὼ βῆσδρον ἢ ψωμίου ἐπὶ ὡ σο. Sequitur enim mox: καὶ ἐμ βῆσδρον ἢ ψωμίου, εἰς ὡ σο. Igitur mihi locū hunc Luca sic uertere licuisset: Vim accipietis Spiritus sancti, uos aggressi: seruato eodem tempore. Sed cum inuadendi uerbo uellem uti, & ab eo præteriti tēporis participium non haberem, fuit aliter uertendum, seruata eadem sententia. Germani quoq; interpretes, & nonnulli Latini sic tempus in hoc loco mutauerunt.

REPREEN. ACT. 8. SVPER

illis uerbis: Nam tibi acerbam bilem imminere uideo.

Quidam eadem audacia usus in his explicandis, atque in plerisque alijs, ita interpretatus est hunc locum: Nam tibi acerbam bilem imminere uideo. quasi uidelicet fellis appellatione intelligatur ira Dei. Hoc est scilicet interpretem agere, Deo tribuere felamartitudinis.

CONFESSIO.

Merito reprehendit. Itaq; hunc locum sic corrigo: Nam te amaro felle præditum, & iniusticia constrictum esse uideo. Intellego autem amarum fel, ingenium prauum & contumax, Sed quod addit accusator de felle amaritudinis, id nullo modo facit. Sæpe enim Deo tribuitur fel in Sacris Libris, ut Ierem. 5. & 9. & Lam. 3. Quin ipse reprehensor meus Deo etiam furorem tribuit, quod certe acerbior est felle. Sic enim uertit quendam locum Apocal. 19. Ipse est qui calcet lacum vini furoris & iræ Dei. quam tamen uersionem non probem: malim enim sæuitiam uertere.

REPREHENSIO ACT. 13. SV.

per uerbis, τὸ ἐπιτίμησεν αὐτῷ
εἰς ὅλην αὐτῶν.

Quidam non satis expressè uertit, Ante cuius ingressum: cum id cæteris etiam prophetis, quantumuis à Christi aduentu remotis, tribui possit.

DEFENSIO.

Cap. 13.
Ante, quid.

Ante festum Paschæ dixit Iohannes, non de quouis tempore quod Pascha antecedit, sed de proximo: & in ante diem Calendarum dicunt auctores, non de quouis die Calendas antecedente, sed de proximo.

de proximo: & ante lucem surgere dicitur, non qui quavis hora noctis, sed qui propius lucem surgit: & ante cenam fieri dicitur, non quicquid fit post prandium. Sic hoc loco dicitur Iohannes ante Christi ingressum docuisse. Est autem πῶτε ἡβραϊσμός, pro ante, ita frequens in sacris authoribus, ut exempla adducenda non putem. Nec obstat, quòd uidetur hoc Ante iam expressum esse in uerbo πρὸς οὐκ ἐνέφαντος: est enim pleonasmus, cuiusmodi est illud Rom. 8. τὸ τῶν δούλων ἡμεῶν, ubi ἡμεῶν bis ponitur. Nec dissimile est quod Græci solent πρὸ τούτου cum τῶν κοῦνιγγε: ut Plato in Phædone, ὡς πρὸ τούτου ἢ ἀρμονία συγκειμένη, τῶν ἐκείνων εἶναι, quod sic ad uerbum uertendum esset: Quòd prius fuerit cōcentus compositus, antequam illa essent.

REPREHENSIO ROM. 2. SV-

per uerbis illis: Id quod testabitur eorum conscientia.

In diē, ἐν ἡμέραις. Hæc, ut modò dixi, cum uersiculo 12. coherent. Itaque ineptè profectò fecit, qui in superiore uersiculo συμμαρτυρήσους conuertit testabitur: item ἐκ κατακρίσεως, accusabunt: & ἀπολογισμένων, defendent, ut cum istis cohæreant. Nam præter-

præterquam quòd temporis ratio repugnat (quod temerè mutandum non erat) hoc modo fiet ut multo sit infirmius Pauli argumentum, si testimonium illud conscientiae (ex quo colligitur, Gentes in animis suis inscriptum gerere, quod Iudæi in tabulis lapideis) in tempus illud supermi iudicij reiiciatur.

DEFENSIO.

De conscientie testimonio.

Loquitur hoc loco Paulus de ultimo Dei iudicio, in quo apertis conscientiarum libris sua quæque cogitatio uel accusabit, si peccauerit: uel excusabit, si rectè fecerit. De quo Sapient. 4. & 5. explicatè scriptum est. & in Esaiæ ult. cap. sic loquitur Deus: Ego eorum facta & cogitationes collectas ueniam. Item cap. 25. Conficiet in hoc monte laruam, qua laruati sunt omnes populi, & tegumentum quo gètes omnes teguntur. Iam uerò, quantum dum peccant homines, interdum se peccare sentiant, isq; sensus eos reddat inexcusabiles: tamen is obrustior est, quàm ut uerè dici possit, eos tantis suis cogitationib; accusari. Pertinet enim propria accusatio, testimonijsq; dictio, ad iudicium, sicut quod iudicium dormiunt in peccatis demersæ aut ebriæ cogitationes: nec homines antè fodiant aut stimulant accusando, quàm eos quasi matutinos

diuini sermonis gallicantus expergefecerit. Ex
 xemplo sunt, Cainus, qui cum occiso fratre tamen
 securus esset, postea Dei uoce conuictus, cœpit
 conscientie testimonio uexari: & Saulus, qui Da
 uidis bonitate uerbisq; conuictus, culpam confes
 sus est cum ploratu: & Iudas Iscariota, qui cum
 Dominum audacter prodidisset, postea coarguen
 tis conscientie testimonio cruciatus est. Igitur
 quod singulis hominib. in singularib. Dei iudicijs
 accidere solitū est, idē in extremo iudicio (in quo
 omnia arcana detegētur) accidet uniuersis. Itaq;
 hæc cogitationū accusatio aut excusatio, & con
 scientie testimoniū, non de eo tēpore intelligendū
 est, in quo peccāt homines: ut mihi quidē uidetur.

Quod autē dicit, fieri hac ratione infirmius ar
 gumentū Pauli: respōdeo, Argumentū Pauli in eo
 esse, quod dicit eos, dū naturaliter ea faciunt quæ
 sunt legis, hoc est inter uitia & uirtutes discrimen
 statuunt, ipsos sibi legem esse, quæ quidē lex nunc
 in eis obrusior & obscurior, orta in extremo iudi
 cio luce acuetur, & eos damnabit, atque hoc sanē
 firmum est Pauli argumentum.

Quod dicit, me mutasse tempus: non sine causa
 mutauit. & præsens pro futuro sæpe poni, ipse
 met sæpe annotauit, Certē talis est illa locutio

Temporis
 mutatio.

64 SEB. CASTELLIONIS
2. Cor. 1. Nos uestra sumus gloriatio, sicut & uos
nostra, in die Domini Iesu: sic enim ad uerbum le-
gitur. hoc est, Nos ij sumus de quibus uos gloriati
mini in die Domini. Tamen possum idem tempus
hic retinere, sed eadem manente sententia, si paren-
thesim adhibeam, sed paulo breuiorem quam ipse,
qua includam quicquid est inter uerbum ἡμῶν
& participium σὺ μὲν ἔστε, & cetera
extra parentheses sic conuertam: Quicumque
sine lege peccauerint, sine lege etiam peribunt. *ut*
Quicumque cum lege peccauerint, per legem damna-
buntur, unam testante eorum conscientia, & utro-
rumque cogitationibus eos uel accusantibus uel de-
fendentibus, quo die iudicabit Deus arcana homi-
num. Hanc esse germanam Pauli sententiam, de-
prehendet (nisi fallor) qui eius uerba uerè & dili-
genter perpenderit. Sed quia parenthesesi reddere-
tur obscurior oratio, malo sine parenthesesi uerte-
re: eam tamen cuius liberam relinquens.

REPREHENSIO ROM. 2.

Vnum tamè superest quod annotem,
huc locum perperam mihi uideri à quo-
dam explicatum, qui ita conuertit: Qui
natura preputiatus legem exequitur, da-
mnabit te qui literas & circumcisionem
habens

habens, contra legem facis. Nam multo uehementius est quod dicit Apostolus, Iudæos scilicet non modò non iustificari circūcisione externa, eo quòd transgressores essent legis, sed etiã per eam ipsam circūcisionem transgredi legem, ut qui hoc ipso profanarent sacrosanctum Domini symbolum.

DEFENSIO.

Διὰ pro ἑῷ interdum dici, & nos ostendimus Διὰ pro ἑῷ.
 in Annotat. cap. 6. huius epistolæ: & ipsemet idem
 fecit in cap. 4. ubi πάντων τῶν πεισθόντων
 δι' ἀκροβυστίας, docet idem esse quod πάντων
 τῶν ὄντων ἢ ἀκροβυστία, ἢ πεισθόντων.
 Sic ego hoc loco illa uerba, σὲ τοῦ ἁγίου γεράμα-
 τος ἢ πειρομένης παραβάτου νόμου, sic
 interpretor, ut si scriptum esset: σὲ ἢ γεράματι
 ἢ πειρομένη ὄντα, ἢ παραβάτου ὄντα
 νόμου. Sic & Germani interpretes locum hunc
 reddunt. Atque ita accipiendum esse, apparet ex
 oppositis. Opponit enim Paulus duo duobus: uide-
 licet præputiatum, circumciso: & exequi legem,
 facere contra legem, hoc pacto:

Præputiatus

Exequens legem

} damnabit

} Circumcisum.

} Facientē cōtra legem.

c

Quid

Facere contra legem
quid sit.

Quid sit autem facere contra legem, non bene interpretatur iste, dum dicit, eos per ipsam circumcisionem profanare sacrosanctum symbolum. Neque enim hoc spectat Paulus: neque Iudaeum scilicet acriter reprehenderet, si omissis eius uitae sceleribus damnationem tribueret soli circumcisionis abusu: neque constaret elegatissima illa quam modo ostendimus, contrariorum oppositio. Sed spectat illa quae paulo antè dixerat: Tu Iudaeus, qui praedicas non esse furandum, furaris, &c. ut contra legem facere sit, furari, adulterium committere.

REPREHEN. ROM. 4.

Nescio quid in mentem uenerit cuidam, cum totum hunc locum sic interpretaretur: Haec igitur beatitudo in circumcisione ne cadit, an potius in praepitium? Nam non potest significare *μαρτυριαν*, nisi admodum uiolenta interpretatione: & poscit argumèti series aliam interpretationem.

DEFENSIO.

Mihi uerò *ἰν* hoc loco non est *μαρτυριαν*, sed est *καὶ* superuacaneum, quemadmodum & cuidam Germano interpreti, qui sic trāstulit: Gehet si uber die beschneidung, oder uber die uorhaut? Quin idem ipsemet Ioan. 8. & Rom. 3. annotauit, & 1. Cor. 7. bis rite uertit, *καὶ* *ἐν* *τῷ* *χωρῷ* *αὐτῷ*, *μὴ* *ἐν* *τῷ* *ἰσχυρῷ*.
Quid

Quod si decesserit, maneat innupta. Et ad finem ca-
 pituli: ἐὰν δὲ ἢ κοιμηθῆ ὁ ἀνήρ αὐτῆς: Quod si
 obdormuerit uir ipsius. Plato quoque in Theateto,
 in eodem genere loquendi quo Paulus hoc loco, su-
 peruacaneū posuit his uerbis: ἐκ τούτων ἐπισκέ-
 ψαίτε ταυτῶν, εἴτε ἢ ἄλλο ἐπισήμη. itemque
 eodem modo in fine Theagis. Et Iosephus in 2. lib.
 πρὸ ἀλώσεως cap. 4. ἐσκήπισε το εἴτε ἢ τῶν
 ἐν ταῖς διαθίκαις καὶ τῶν αἰτίων διὰ δόχου,
 εἴτε ἢ τῶν αἰτίων τῆ γυναικὸς διὰ τὴν αἰτίαν τῶν ἀρχῶν.
 lib. 4. cap. 16. πότερου δὲ φασὶν ἡμᾶς τὸς
 ἢ δὴ μὲ πρὸς ὧν τας πρὸς ἡμᾶς κρῖναι πρὸς ἡ-
 μάς, ἢ ἢ τῶν δὴ μὲ κοινῆ ψευδοσάμου; ἢ
 aut hoc loco accipio pro An potius, sicuti et in ijs <sup>ἢ pro an pō-
 tius.</sup>
 que modo citauimus exemplis ponitur, addito ἢ.
 et sepe sine ἢ, ut in Phædone Platonis: ἢ δὲ μὴ
 τε μᾶλλον μὴτε ἢ τῶν ἡρμωσμένων, εἰσι ὅτε
 πλέον ἢ ἐλάττω ἀρμονίας μετέχῃ, ἢ τοῖσιν;
 τοῖσιν. id est: Qui uerò (scilicet concentus) ne-
 que magis neque minus concinnatus est, habet ne-
 plus aliquid, minus ue concentus? an potius tan-
 tandem? Tandem, inquit ille. Et paulo an-
 tē: πότερου δὲ πάντας τὸς ἐμπροσθεν λό-
 γος ἢ ἢ ἀπὸ δὲ χεῖρα, ἢ τὸς μὲν, τὸς δὲ; τὸς
 μὲν, ἐφάπλω, τὸς δὲ. Id est: Vtrū igitur omnia
 ε 2 Superius

superius dicta non approbatis? an potius partim approbatis, partim non item? Partim approbamus, inquit, partim non item.

Beatitudo ca-
dit in præpu-
tium.

Quod ad sententiam attinet, eam ego sic accipio. Hæc beatitudo non cadit in circumcissionem, sed in præputium. Hoc deinde sic confirmat Paulus: Abrahamus enim (in quo parente hæc beatitudo cernitur) eam adeptus est non circumcisus, sed præputiatus. Quid igitur? An circumcisi eam non assequuntur? Assequuntur, sed sicut Abrahamus eorum pater: hoc est, per fidem quam habuit in præputio, perinde ac si essent ipsi quoque præputiati, nulla habita ratione circumcissionis. Itaque non cadit hæc beatitudo in circumcissionem. Ac perpende verba illa Pauli: Si qui à lege sunt, hæredes sunt, uera fides est. Hinc elicitur hæc sententia: Qui à lege sunt, hæredes non sunt. Iam, à lege esse, & circumcisum esse, idem ualent. Vnde fit, ut ita dicere liceat: Qui circumcisi sunt, hæredes non sunt: hoc est, in circumcissionem non cadit hæreditas siue beatitudo. Sic enim hic loquitur Paulus, ut alibi, dum à christo non est iudæus, neque græcus, quod ita possis dicere: Christianitas non cadit in iudæismum, neque in græcismum: & tamē iudæi & græci sunt christiani, sed non ut iudæi & græci, sed ut cre-

ut credentes. Sic & profani loquuntur autores, ut
 Isocrates in Areop. Scimus omnes (inquit) res
 secundas & euenire & manere non ijs qui maxi-
 mis pulcherrimisq; cincti sunt mœnibus, neque ijs
 qui cum plurimis hominib. eundem in locum coie-
 runt, sed ijs qui rempublicam suam optime & mo-
 destissime administrant. Quod perinde est ac si
 dixisset: Non cadunt res secundæ in eos qui cincti
 sunt pulcherrimis mœnibus, &c. hoc est, Non
 mœnibus parantur, sed administrandi prudentia
 atq; modestia, siue adsint mœnia, siue non adsint.

Quod si quis obijciat, eundem Paulum alibi do-
 cere, in Christo neq; circumcisionem neq; præpu-
 tium quicquam ualere: & inde eadem ratione in-
 ferre uolet, Ergo neq; in præputium cadere hanc
 beatitudinem, non magis quam in circumcisiõne,
 quippe cum non magis præputij quam circumci-
 sionis habeatur ratio: respondebo, Paulū coniun-
 gere præputium cum fide, quam Abrahamus ha-
 buit præputiatus, non circumciscus, ut eius uerba de-
 monstrat. Nam omnino uerba illa, Hæc igitur bea-
 titudo, spectant id tempus in quo Abrahamus iu-
 stus habitus est ante circumcisiõnem. ut sit hæc sen-
 tentia: Hæc beatitudo cadit in præputium, hoc est,
 fide paratur Abrahamica, quæ est in præputio,

hoc est extra legē, nulla habita ratione circūcisiō-
 nis: sicut fidē habuit Abrahamus extra legē. Atq;
 ut hoc clarius pspiciatur, sic argumentū dialēcti-
 corum more formabo. Quicunq; siue præpu-
 tiati siue circūcisi iustificātur, ij iustificatione Ab-
 rahamica iustificātur. Atqui iustificatio Abrah-
 mica nō in circūcisiōnē cadit, sed in præputium.
 Ergo omnium iustificatio nō in circūcisiōnem cadit,
 sed in præputium. Maiorē ex eo probat Paulus,
 quōd Abrahamus pater est omnium credentium.
 & credentes omnes sic oportet iustificari, ut eorū
 pater iustificatus est. Minorem probat ex histo-
 ria, in qua traditur, Abrahamū in præputio fuisse
 iustificatū. Cōgruit aut̄ hoc cū eo quod ad Gal. 3.
 dicit: Quicūq; sunt à legis operib. execrationi sub-
 iecti sunt. Atq; huius sententiæ ignoratio fecit, ut i-
 ste, quo sententiā suam tueretur, adiecerit de suo
 ad Pauli uerba illa, In circūcisiōnē, uocē hęc Sol-
 lū. & postea scripserit, uerba illa, ἐν τῷ νόμῳ
 ἡ πίστις, planiora fore, si uel articulū τῆς ἐπι-
 τῆς expungas, uel legas ἐν τῷ νόμῳ ἡ πίστις. & porro in illis
 uerbis, Si ij q; ex lege sunt, hæredes sunt, putauerit
 itē deesse aliqd, hoc est: Si ij demū q; ex lege sunt, ac
 ibidē scripserit, ex lege esse, non idē declarare quod
 circūcisum esse, & legi Mosis initiatū, quæadmodū
 paulo

paulo post accipiat. Atq; hic sanè, ut & sæpe a-
 lbi incidit in id crimè, de quo me in Luca falso ac-
 cusauit. Ibi. n. accusauit me à sacrilegã audaciam,
 q̄ in trãslatione mea quiduis nõ modo detraxerim
 aut addiderim, sed etiã mutauerim. Ipse uerò in hoc
 uno capite arbitrio suo detrahit articulũ totũ, &
 addit uocẽ Solũ & Demũ, & uerba mutat: et ex
 lege esse aliter atq; aliter interpretatur, cum apud
 Paulũ utrobq; planè sit idẽ. Enimuerò si uerã sen-
 tentiam uidisset, nihil fuisset opus tot subterfugijs.
 Atq; hic ego si eũ imitãs accusarẽ sacrilegã auda-
 cia, facerẽ equidẽ audacius: neq; n. debet ignoran-
 tia nomine diffamari sacrilegiũ: sed ipse certè pati le-
 gẽ deberet, quã ipsemet in alterũ inuehẽdo tulisset.

REPREEN. ROM. 7. super uer-
 bis illis: Peccatorũ perturb. à lege oriẽtes.

Est aut hoc diligẽter considerandũ, A-
 postolũ nõ dixisse τὰ ὑπὸ τῆ νόμου, id est, hos
 motus extitisse seu prodijisse à lege: sed
 per legẽ extitisse, natos scilicet ex pecca-
 to intus habitante, & ex lege occasione i-
 storũ motuum arripiente. nullo quidẽ le-
 gis, sed nostro potius uitio, ut explicatur
 infrã uersu 11. & 13. Hoc uerò non animad-
 uerterunt Manichæi, cum legem Dei au-
 derẽt damnare: neq; item ille, qui nuper

hunc locū conuertit, Peccatorum perturbationes à lege oriētes, falsa certè interpretatione, & quæ pro Manichæis faciat.

DEFENSIO.

Aux pro i. f.

Primum quod ad translationem attinet, hoc loco *ἡ* accipio pro *ὅ*, ut cap. 10. *ἡ* πῖσις *ὅ* κῶν, ἢ *δ* *ἂ* κῶν *ἡ* ἡνῶτ *δ* *δ* *δ*, ibi enim quod in priori membro dixerat *ὅ*, in posteriore dicit *ἡ*: idq; ipsemet reprehensor meus interpretatur, Ex Dei mandato. Item cap. 3. *ἡ* νόμος *ἔ* πύρωσις *ἂ* μαρτίας: hoc est, A lege oritur cognitio peccati: aut, lex affert cognitionem peccati.

Preceptum
dicitur mor-
tiferum.

Quod ad locutionem attinet, Paulus idem in hoc eodem capite dicit, præceptum sibi compertū esse mortiferum. quod perinde est ac si dicas, sibi attulisse mortem, uidelicet per peccatum. nam peccati stipendium mors. Itemq; 1. Cor. 3. dicit: Litera occidit. ubi literam, legem interpretatur ipsemet reprehensor meus; *ἔ* eodem in loco Paulus legē uocat ministerium mortis. Itaq; ab hac locutione non est quod in hoc loco magis quàm in cæteris abhorreamus: aut quàm à uerbis Simeonis, qui Christum dicit multis fore casui: cum tamen non ad perdendum Christus, sed ad seruandum uenerit. Cæterum quo pacto sit hoc intelligendum,

DEFENSIO.

73

dim, & nos in Lucæ 2. nonnihil de Christo scripsimus, & Paulus hic apertè docet: sicut iste ritè annotat, & nos aliquid mox scribemus.

REPREENSIO ROM. 7. SV-
per uerbis, Ei mortui qua tenebamur.

In quo *ἐν φ.* Sic dicere maluit Paulus, quàm *ἐφ' οὐ*: ut doceret, hunc maritum (ui delictet peccatum) intra nos esse. Sic enim explicare malo propriè, quàm ut accipiat pro *ἡ*, uel ut instrumenti sit nota Ab. Hoc uel non uidit, uel neglexit, quidam, interpretatus, Qua tenebamur.

DEFENSIO.

Fefellit eum, quòd in principio capitis legè non uult sustinere mariti personam: quòd fortassis locū haberet, inquit, si de ceremoniarum abolitione ageretur, uel de lege peccati. Sed de lege Decalogi differere Apostolum, constat ex sequenti obiectione. Hæc est una ratio. Alteram postea affert his uerbis: Nam legem pro marito accipi non debere, toties ex Paulo liquet, quoties esse nos peccato mortuos dicit, quatenus scilicet mariti personam sustinemus.

Ad primum ergo respondeo, etiam Decalogi legem Christiano esse mortuam. Lex enim iusto

Decalogi
lex Christiano
mortua.

74. SEB. CASTELLIONIS
posita non est, inquit Paulus: sed legis contemptoribus, impijs, nefarijs, parricidis, &c. Certè ibi de lege Decalogi loquitur, quæ iusto mortua est, nec ullas in eum vires aut imperium habet, non magis quam mortuus maritus in uxorem. Nec enim accepit iustus spiritum seruitutis ad timorè, ut legi seruiliter obediat: sed filiorum spiritum ad amorè, ut ea faciat quæ iubet lex: nõ quia ipsa iubet, sed quia ipse Deum amat, & amore ultrò iusta facit, facturus etiamsi nulla lex esset. Ita fit, ut sit ei mortua lex.

Legi mortuos esse Christianos.


Ad alteram rationem sic respondeo: Imò legi nos esse mortuos dicit Paulus, idq; cõtinuò in hoc ipso argumento. Itaq; eadem ratione dicere licet, accipi legem pro marito. Peccato quidè mortuus dicit alibi, sed in hac similitudine nusquam hoc inuenio. Igitur *ὅτι ὡς νεκροῦ ἡ νόμος*, refero ad legem, qua, siue in qua, aut à qua detinebamur, sicut uxor à uiuente marito. Hæc dum ignorat, totam hanc similitudinem peruertit hic homo. Facit enim duo matrimonia, quorum in priore maritus sit Peccatum, uxor Caro, liberi Peccata: in posteriore, maritus sit Spiritus, uxor Nouus homo, liberi Fructus spiritus. In qua quidem descriptione primam est hoc uitij, quòd in hoc matrimonio nusquam habet Lex locum, de qua tamen hic nominatum & manifestè

manifestè disputat Paulus, & ab ea delicta gigni ostendit tum hic, tum ad Gal. 3. non sua illa quidè culpa, sed propter hominis infirmitatē atq; culpā, qui cum ex lege deberet & posset (si fortis fuisset) concipere iusticiam, itaq; uiuere (nā lex ad uitam data est: ideoq; uitæ non mortis lex appellatur) concipit iniusticiam, itaq; mortuus est: quemadmodū femina quædā ex maritorum bono semine concipit pro liberis informem quandā massam, quæ à medicis mola uocatur. Alterum uitium est, quòd peccatum malè uocat maritū. Cum sit enim matrimonij autor Deus, nunquā rectè dixeris hominē à Deo traditum esse peccato in matrimonium, sed potius in carnificinam atq; mortem. Quorsum enim pertineret hoc matrimoniū, nisi ut mors indigneretur? cū matrimonium cōtra ad uitale factū sit institutū. At legi traditū esse hominem in matrimonium, docet Paulus, quæ eum sicuti uir uxore regeret: donec ea antiquata (uocat hoc ueterē literā) succederet ei nouus maritus, quē ipse uocat Nouum spiritū. Tertium uitium est, quòd nō aptè facit succedere Spiritū, nouum maritū, Peccato ueteri marito. nā ex Pauli doctrina, non peccato, sed literæ succedit Spiritus: peccato uerò, iusticia. Itaq; tum ad hunc, tum ad alios multos Pauli locos percipiendos, subiiciemus hanc descriptionē:

Lex uitæ cur
mortifera di
catur.

Lex maritus.

Lex



Legi mor-
tuos nos cur
dicat Paulus.

Galat. 6.

Cur autem dicat Paulus, nos esse legi mortuos, cum postulet similitudo ut dicatur legem esse nobis mortuam, diximus in Annotationibus. Est enim idem, Ego sum legi mortuus, & Mibi mortua lex est. quemadmodum dicit idem alibi: Et mundus mihi crucifixus est, & ego mundo: hoc est nihil habemus inter nos commercij. Tale est quod postea scribemus de lege tecta Iudæis, 2. Cor. 3.

REPREEN. ROM. 8. SVPER
uerbis illis: Si Christus in uobis est, cor-
pus quidem mortuum est per
peccatum.

Propter peccatum, *δι' ἀμαρτίας*. Qui-
dam conuertit, Per peccatū, *δι' ἀμαρτίας*.
& fateor quidem interdum hæc confun-
di, & peccatū omnibus modis dici posse
mortis causam: sed ratio collationis po-
scit, ut eandem præpositionem utroque
loco similiter interpretemur. Non potest
autem dici spiritus noster uiuere, per in-
hærentem

hærentem iusticiam: ut corpus suo peccato mori, cū ne Abraham quidem habeat de quo coram Deo gloriatur: spiritus uerò pro ipso Spiritu sancto accipi uix satis commode possit, propter oppositum corporis nomen: nec rursus iusticię uocabulum de imputata iusticia intelligi, cū de regenerationis gratia hic agi constet ex argumenti serie. Itaque *δι' ἀναπρίαν* conuerto, Propter peccatum: & *διὰ δίκαιο* *εἶναι*, propter iusticiam. Sed diligenter considerandum puto, qua de re differat Paulus. Neque enim differit de mortis & uitæ causis, quum hoc argumentum absoluerit: sed ex quibus testimonijs possumus intelligere, ecquid in uita aut in morte simus. Vnde igitur, inquit, sentiemus nos Christi esse? si spiritum eius habuerimus. At hunc spiritum unde rursus percipiam? Nempe si, quemadmodū una nostri pars adhuc mortua est (quod intelligitur ex peccato, cuius reliquiæ in eo manent) sic cætera pars uiuat. Viuere autem illam ex iusticia cognoscemus, id est, ex eo quod iusticię uiuit, quę est spiritus Christi uirtus in nobis.

DEFENSIO.

De morte
corporis, &
uita spiritus.

Prover. 1.

Galat. 5.

Vtrum per peccatū, an propter peccatū cōuer-
tas, haud magnopere pugnauero: utroq; enim mo-
do cōstabit sentētia, quam ego ex Pauli orationis
tenore hāc esse existimo. Si Christus in uobis est,
corpus quidē (hoc est uetus homo, caro) mortuum
est per peccatū, siue propter peccatū (sicut facino-
rosus propter sua facinora occiditur. Stipendū ei-
nim peccati mors: & imperitos sua pueritas occi-
dit.) Spiritus uerò, hoc est, nouus homo, uiuit per
iusticiā, aut propter iusticiā. Stipēdium enim iusti-
ciæ uita. Nā si spiritu (inquit paulo post) corporis
actiones peremeritis, uiuetis. Hæc eadē Pauli sen-
tētia ex alijs eius locis cōfirmari faciliē potest, &
maximē ex superiorib; uerbis, ubi dicit: At uos nō
estis in carne. quod idē est quod hic alijs uerbis di-
cit: Corpus mortuum est. Qui Christi sunt, ij car-
nē unā cū libidinib; & cupiditatib; crucifixerunt.
Neq; nō in 2. huius epistolæ cap. Deus (inquit) suis
cuiq; factis digna soluet: hoc est, ijs qui in recte se-
ctis perseuerātes, gloriā honoremq; & immortalit-
atē quæerūt, uitā æternā: cōtentiosis aut, & inie-
ritatē contumacib; iniusticiæ uerò obedientibus,
imminet seuitia & pœna, calamitas & angustia.
Sed hoc sciendū est, hāc iusticiā de qua hic agitur,
esse

esse donū Dei, de quo is solus qui dedit, gloriari potest, id quod Paulus & alibi, & illic in primis indicat, ubi dicit: Vivo nō iam ego, sed uiuit in me Christus, itē: Peccati stupēdia mors: at Dei beneficium sempiterna uita, per Iesum Christū Dominum nostrū. Sed quāuis hæc ita sint, nō tamē ideo ab illis loquutionibus abhorre debemus, quæ passim in Sacris literis occurrunt, dummodō rem bene, & ut Dei honor postulat, intelligamus.

Iusticia donum Dei.

Quod uerō mox de corporum resurrectione subiicit Paulus, ubi nō iam de uetere homine loquitur (is enim nō resurget) sed de corpore hoc uisibili. Itaq; plurali numero corpora dixit, quod nō fecisset, si de uetere homine dixisset, is enim semper singulari numero dicitur, siue corpus, siue caro, siue uetus homo appelletur. Præterea addidit Mortalia, id quod de uetere homine dici non potest: dixisset, n. mortua, cū modō corpus mortuū dixisset.

De corporū resurrectione.

REPREHENSIO ROM. II.

Quidā alius irreuocabilia cōuertit (ui delictet *ἀμετανόητα*.) Ego periphraſim Erasmi potius probo, quod à Græcis nō discedat:

DEFENSIO.

Pœnitere pro reuocare subinde ponitur, Hebræorum more, ut Ierem 4. Pœnitebit Dominum mali, & Psalmo 105. Iurauit Dominus, & non pœnite-

Pœnitere, pro reuocare.

80 SEB. CASTELLIONIS
pœnitebit eum : hoc est, iuravit irrevocabilitè
Germanus quoq; interpretes sic reddit: Gottes ge-
ben und beruffung lassen sich nit enderen.

REPREENSIO ROM. 14.

Quidam uertit uerbū *προλαμβάνει*
Opitulemini: neque uerbo ipso, neq; sen-
su feliciter expresso. Differunt enim ligni-
ficatione & constructione τὸ *προλαμβάνει*
δαι & *ἀντιλαμβάνει* δαι, quo Paulus utitur
Act. 20. Et paulo post: Quidam demum
hunc locum ita conuertit: Si quis autem
imbecilla fide est, huic nulla cum animi
disputatione opitulemini. sententia pro-
fectò non modò non expressa, sed etiam
ualdè deprauiata.

Item cap. 15. super eodem uerbo: Quidam ne-
rò conuertit, Vt & nobis Christus opitu-
latus est ad gloriam Dei. sententia, ni fal-
lor, deprauiata.

DEFENSIO.

Non ego uerti, Nulla cum animi disputatione:
ne: sed, Nulla cum animi dubitatione. Verum
errasse eum puto incogitantia. Quod ad uer-
bum attinet, arbitror *προλαμβάνει* pro *ἀντι-*
τιλαμβάνει δαι in his duobus locis usurpari, quò-
uis diuersa sit constructio: & ut sic arbitrer, *δια-*
φορά

προλαμβάνει
δαι pro *ἀντι-*
λαμβάνει δαι.

causæ sunt. Prima est, quòd infirmitas de qua hic agitur, propriè postulat non assumptionem (hanc enim postulat desertio) sed opem, auxilium, sustentationem. Altera est, quòd secundum eandem rationem in Sacris literis, ubi fit infirmitatis mentionem, cui medendum sit, solet uerbum aliquod adhiberi, quod opem declaret, ut in hac eadem epistola cap. 15. Debemus nos, qui fortes sumus, imbecillorum infirmitates tolerare. Item 1. Thes. 5. *ἀντέχεθε τὸ ἀδυνατῶν*, infirmis opitulemini. Et Gal. 6. Alij aliorum onera ferte. Et in eo quem ipse citat loco Act. 20. *ἡπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνειν* τὸ ἀδυνατῶν, laborantes oportet infirmis subuenire. Cum igitur Paulus eadem de re loquens, modò *πρωσλαμβάνει*, modò *ἀντιλαμβάνει* dicat: puto idem esse, quemadmodum cum Lucas in parabola satoris dicat, eos qui semen in petras acceperunt, *ἀφιστάει*: Et Matthæus eosdem dicat *σκανδαλιζέει*: puto *ἀφιστάει* Et *σκανδαλιζέει* in his locis idem esse. Et omnino si quis Pauli uerba in his duobus capitibus, uidelicet in 14. Et 15. sed maxime in 15. ritè considerabit, ita esse deprehendet. Ibi enim primò rē proponit: Debemus, inquit, nos qui fortes sumus, τὰ ἀδυνατῶν τῶν ἡπιῶντων βαστάζειν, infirmitates

Lucæ 8.

Matth. 13:

tates imbecillorum tolerare, idē exemplo Christi. Deinde ubi rem cōfirmavit, eandem, sed diuersis uerbis, concludit: Διὸ πρὸς λαμ Βάσιλειος ἀλλήλους, inquit, ut & Christus πρὸς ἐλάβετο τὰ μᾶς. Hic apparet idē esse τὰ ἀδυνάματα τὰ ἐν δυνάτω Βασίλειου, & ἀλλήλους πρὸς λαμ Βάσιλειου.

sic quid significet.

Quod ad cetera attinet, εἰς διακρίσιν αὐτῶν λογισμῶν interpretor, Cum animi, siue (quod idem est) cum cogitationis dubitatione, aut cogitatione dubitando. Est enim εἰς idem quod Hebraeis præpositio Lamed, quæ litera sæpe gerundium facit: quæ de re in Genes. cap. 1. scripsimus. Διὰ κρισεῖς δὲ autem aliquando est dubitare, siue hæsitare: ut ipsemet interpretatur in fine huius 15. capituli, & Matt. 21. Et διὰ λογισμὸς, cogitatio ut idem interpretatur in Matth. 15. Itaque hanc Pauli sententiam sic interpretandam iudicor. Si quis imbecilla fide est, huic sine ulla animi dubitatione opitulamini: hoc est, nolite dubitare ei subueniendum. sicuti faciunt qui alijs indulgere nolunt, sed sibi placent, quæruntque rationes quibus sibi persuadeant, deserendos esse infirmos. At nos Christū potius imitamini, qui nobis infirmis subuenire, & nostra onera ferre non dubitauerit.

REPREEN-

REPREHENS. 1. COR. 4. SV-

per uerbis: Cognoscam non orationem

istorum inflatorum, sed uires.

Vulg. & Eras. uertit sermonem: rectè id quidem, sed non satis expressè, atque etiam ambiguè, cum sermonis appellatione Paulus ferè soleat intelligere id ipsam de quo habetur sermo. Quidam, orationem; Latina quidem, sed magis etiam ambigua interpretatione.

DEFENSIO.

Equidem dubitavi, utrum reprehensionem hæc refellere deberem: usque adeò nullam uidere possum uel in aliorum, uel in mea translatione ambiguitatem. Nam quòd de sermonis appellatione dicit, etiamsi concederemus, esset tamen ambiguitas non in Latino Erasmi nomine Sermo, minus etiam in meo Oratio: sed potius in Græco Pauli λόγος. Ita esset Paulus reprehendendus, non interpret.

At nunc uerum non est: λόγος enim apud Paulū sapius pro oratione ponitur, quàm aliter. cuius exempla plurima asserere possem, nisi id superuacuum putarem. Vno aut altero contentus ero. In hac eadem epistola cap. 2. ἡλθοῦν ἔκαθ' ὅτι σοφίαν λόγος, ἢ σοφία. quod ipse conuertit: Non ue-

λόγος apud Paulū quomodo poni soleat.

μοx, καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμα μου, con-
 uertit: Oratio mea, & prædicatio mea. At qui Pau-
 lus eadem de re, eodemq; uerbo loquitur: quod iste
 modò locutionem, modò orationē interpretatur.
 Iam quod ad Pauli sententiam attinet, ea mihi uo-
 detur apertissima: Cognoscam, inquit, istorum nō
 orationem, sed uires: hoc est, non quid dicant, sed
 quid possint. Quin ipsemet reprehensor meus,
 magis est in sua translatione reprehendendus. Sic
 enim uertit: Cognoscā non locutionem istorū, qui
 inflati sunt, sed spirituales uirtutē. Deinde sic ex-
 ponit: Considerabo non istorū facundiam. At qui
 si λόγος uult facundiam intelligi, ea meo orationis
 uocabulo non minus, ne dicam magis, exprimitur,
 quàm locutionis. Deinde nihil fuit opus addere
 uerbum, Spirituales: & paulo post, Spiritus: cum
 hæc Paulus non addiderit, & oratio sine his sit
 planissima. Quòd si metuebat (ut postea osten-
 dit) ne quis putaret sermonem esse πῶδι ἀρετῆς, &
 in Græco sit δ' ἀρετῆς, id periculum in mea trans-
 latione nullum est, cum uerterim, Vires: quod uer-
 bum πῶδι ἀρετῆς intelligi non potest: & tamen nō
 habui neceffe. Taceo, quòd ipsemet in hanc ambi-
 guitatem (quam hic uitare uult) alibi incidit. Sic
 enim loquitur in Annot. 2 Cor. 10, 6. 12. Regnum
 Dei

Dei non est positum in uerbis, sed in ipsa agendi uirtute.

REPREEN. 1. COR. 6. SUPER

uerbis: Ergo' ne si de huius uitæ negotijs controuersias habetis, &c.

Quidam *ναβίζετε* accipiunt præsentis tēpore, & nomine istorum contemptibilium in Ecclesia, profanos homines intelligunt, quasi sit præpositionis repetitio. Sed quorsum hanc repetitionem? Neq; uerò dicendum fuerat, *εὰν ἐχῆτε*: sed *ἐχούτε*, uel *διέτι ἐχέτε*, quia habetis.

DEFENSIO.

Puto eum incogitantia lapsus, præsentis tēpore dixisse, pro indicatiuo modo: neq; enim profecto nescit, *ναβίζετε* non nisi præsentis temporis esse posse. Cæterum quòd quærit, quorsum hanc repetitionem? Respondeo: eam maxime ad rē pertinere, quoniam sic acrius obiurgantur Corinthij. & solet alioquin Paulus sæpe, quod in propositione posuit, idem in conclusione iterare. cuius exemplum habes in ijs quæ paulo antè respondimus ad Rom. 14. Item ad Galat. 3. O' dementes Galatæ, quis uos fascinauit, ut ueritati nõ obtemperaretis? Et paulo post: Adeo' ne dementes estis, ut à spiritu excorsî, nunc in carnem desinatîs? Hic habes placet

Sententiæ repetitio.

ne similem repetitionem. ne quid interim dicam,
quod ipsemet de huiusmodi repetitionibus scripsit
Iohan. 1. cap. 20. & 2. Corinib. 13. 43. Quod uer-
ro negat fuisse dicendum, in $\alpha\psi\ \epsilon\chi\theta\epsilon$, ipse in obli-
tus est. nam in Iohan. 24. uers. 3. recte annotant,
 $\epsilon\alpha\psi$ pro $\sigma\tau\alpha\psi$ seu $\epsilon\pi\ \sigma\lambda\alpha\psi$ poni. itemq; in I. Ioh.
han. 3. uersu 2.

Quod ad sententiam attinet, si $\alpha\psi\ \epsilon\chi\theta\epsilon$ le-
gas in imperatiuo: primum parum apte concludet
precipiendo Paulus per $\mu\lambda\acute{\iota}\ \sigma\upsilon\upsilon$, quasi iam ante
demonstrauerit quid facere debeant: cum ad uer-
uerfetur in obiurgatione, quae durat usq; ad uerba
illa, lam quidem omnino uitium in uobis est: qui
bus precipere aggreditur. Deinde uerba illa,
Hoc dico ut uos pudeat, erunt subfrigida. At si
 $\epsilon\chi\theta\epsilon$ legas in indicatiuo, & cohaerebit aptissime,
& uires habebit maiores oratio.

Assipulatur meae sententiae Germanus quidem
interpres, qui sic uertit: So nemet ir die so bey der
gemeine uerachtet sind.

REPREEN. 1. COR. 7. SV.

per uerbis: Qui scis autem mulier,
an tu uirum seruatura sis?

Erasmus sententiam, meo iudicio, cor-
rupit, cum interpretaretur: Qui namque
scis?

DEFENSIO.

87

scis? Sed multo ineptius quidam, qui in superiore uersiculo *ἐν δὲ αἰῶνι*, conuertit, Quin ad pacem: & ita quidē, ut proflus annecteret præcedentibus. deinde *τί γὰρ* *νόμος*; qui scis autem: quasi *γὰρ* pro *δὲ* accipiatur.

DEFENSIO.

Et hic sui oblitus est. Nam *ἐγὼ* ipsemet illa pro *γὰρ* pro *δὲ* sus annectit præcedentibus: & *γὰρ* pro *δὲ* sic interpretatus est supra in cap. 5. ubi *ἐγὼ* *μὲν* *γὰρ* uertit, Enimuerò ego. Et ad Gal. 3. b. 10. de hac *γὰρ* notione nonnihil scripsit. & Germanici interpretes hunc locum sic transtulerunt. Quamquam si uertas hoc loco, Qui scis enim mulier an uirum seruetur a sis? erit eadem sententia. Reddit enim causam eius quod mulieri præceperat, ne uirum quāuis infidentem, repudiet. quam eandem causam iam alijs uerbis reddiderat, dicens: Sanctus enim sit uir infidens per uxorem: hoc est, sit aliquando, ut uir ab uxore Christianus efficiatur. Eandē igitur causam hic iterat. Qui scis enim? Quasi hoc dicat: Noli eum repudiare. Fieri enim poterit, ut eum sanctum facias. hoc est, ad Christum conuertas. Sic enim intelligo (ut hoc obiter dicā) sanctitatem hanc. Alioquin si sanctum appellaret Paulus

Vxor uirum interdū seruat.

Sua quisq; si
de seruator.

uirum infidentem, quia fidentis uxoris maritus esse
set, pugnantia diceret: si quidem sanctum esse, &
infidentem esse, contraria sunt. Præterea sancti-
tatem homini fide carenti tribueret, & eam qui-
dem ab a' terius fide pendentem, cum tamen sine
fide nemo possit placere Deo: & iustus sua, non
aliena, fide uiuat: & in Christo non sit mas aut
fœmina, uir aut uxor, parentes aut liberi, sed noua
creatura, spiritualisq; coniunctio atq; cognatio.

REPREENS. 1. COR. 7. SV-
per uerbis: Ut qui is sim, cui Domini
misericordia fidentem esse
datum sit.

Cæterum quòd *πίστος εἶναι*, quidã con-
uertit, Fidentem esse, id est, ex credẽtium
numero esse, (sic enim solet uocare, quos
fideles dicimus) id, ut mihi quidem ui-
detur, Apostoli sententiam eneruat.

DEFENSIO.

Fidus.
ens.

At mihi uidetur longè neruosior Apostoli sen-
tentia, si *πίστος* intelligas Christianum, quàm si fi-
dum. Fidus enim continet unam uirtutem: at fides,
siue Christianus, omnes, & in ijs etiam hanc.
Adde quòd in fine capitis sic loquitur Paulus, de
eodem suo consilio siue sententia: Felicior est, in-
quit,

quã, si sic manserit, mea quidem sententia. Vi-
deor autem ego quoq; mihi habere diuinum spiri-
tũ. Hic non dicit se esse fidum, sed (quod plus est)
habere diuinũ spiritum: hoc est, esse πισov. Itaq;
videtur potius reprehensor meus Apostoli senten-
tiam eneruare, minus ei quãr debeat tribuendo.

Quòd autem unam sententiam bis interpreta-
tus est (sic enim uertit: Ut cui Dominus per mise-
ricordiam dederit fidum esse, tanquam misericor-
diam consequutus à Domino, in hoc ut sim fidelis)
facile eum excuso: arbitror enim eum, cum eandẽ
sententiam duobus (ut fieri solet) modis uertisset,
uoluisse alterum delere, sed id obliuione omisisse.

REPREHENS. 1. COR. 9. SV-

per uerbis: Si alij uestras facultates
participant, cur non ma-
gis nos?

Quidam imperitè τὴν ἐξουσίαν interpre-
tatur facultates, τὰ ὑπάρχοντα.

DEFENSIO.

Verba Pauli sunt: εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ πνεύματα
καὶ ἐπιβουλήν, μέγα, εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρ-
κικά θρόνον; εἰ ἄλλοι τὸ ἐξουσίας ὑμῶν με-
τέχουσιν, ὃ μάλιστ' ἡμεῖς; Hoc est, ad uerbum: Si

f s nos

90 SEB. CASTELLIONIS
 nos uobis spiritualia seminauimus, magnum ne est
 si nos uestra carnalia metemus? si alij potestatem
 uestram participant, cur non magis nos? In quibus
 quidem uerbis, quod in priore uersu dixerat, Car-
 nalia uestra metemus, in posteriore dicit, Potesta-
 tem uestram participemus: ita ut bina binis sic re-
 spondeant,

Carnalia uestra } } metemus.
 Potestatem uestram } } participabimus.

Ignorantia pro
 gloria.

Itaque aut nomine $\delta\zeta\ \delta\sigma\iota\alpha\varsigma$ abusus est Paulus
 pro $\delta\sigma\iota\alpha\varsigma$, sicut ad Coloss. 2. $\delta\zeta\ \delta\sigma\iota\alpha\varsigma$ dixit pro
 $\chi\epsilon\iota\tau\alpha\varsigma$, quemadmodum ibi annotauimus: aut scri-
 psit $\delta\sigma\iota\alpha\varsigma$, quod deinde librariorum uitio muta-
 tum est. Alioqui non uideo qui possit sententia con-
 stare: id quod uel ex reprehensoris mei translatione
 uidere licet. sic enim uertit: Si alij (sui) apud nos
 iuris participes sunt. In quibus paucis uerbis tria
 peccata uideo. Primum, quod Sui addit de suo. Al-
 terum, quod $\delta\sigma\iota\alpha\varsigma$ uertit, Apud uos, quasi sic $\omega\pi\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$
 $\delta\sigma\iota\alpha\varsigma$. Tertium, quod participem esse aliquem sui
 iuris, parum proprie dicitur: cum debeat potius di-
 ci, uti iure suo, sicuti mox loquitur Paulus.

Particeps enim dicitur, non qui totum,
 sed qui partem
 habet.

BEPRB

REPREHEN. 1. COR. 15.

Quidam *πάντες ζωοποιουθήσονται*, uertit, Omnes reuiuifcent. Sed notandum est uerbum passiuum, quod declarat, eos non suapte ui, sed aliena resurgere: quæ emphasis uerbo reuiuifcendi non exprimitur. Tanti est momenti, uestigijs Apostoli potius insistere, quàm uerba quædam ut parum Latina resurgere.

DEFENSIO.

Verba mea sunt: Ut enim per Adamum omnes moriuntur, sic per Christum omnes reuiuifcent. in quib. uerbis præpositio Per, satis exprimit uim uerbi passiu. Neutra enim uerba hoc modo posita, non nisi passiuè possunt accipi. Et ipsemet supra cap. 10. reprehēdit eum, qui *ὅσοι τὸ ὄφρυον ἀπέλωσαν*, uertit, A serpētib. extincti sunt. Mauult enim, à serpētib. perierūt. citatq. locum Plinij, qui Marcellū dicit ab Annibale perisse: quod perinde est ac si dixisset, occisum esse. Quin in hoc eodem cap. 15. uers. 36. idem uerbum *ζωοποιουθήσονται* uertit, Viuifcit. Cur ibi non insistit uestigijs Apostoli? Tamen aliena ui, Dei uidelicet, uiuifcunt semina, quàm homines.

Neutra uerba pro passiuis.

REPREHEN-

ἄνω καὶ γέγραπται, quidā cōuertit, Cumq̄
ita scriptum sit: suo more scilicet.

DEFENSIO.

Paulus sic ad uerbum loquitur: Sic & scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam uiuentem, ultimus Adam in spiritum uiuificantem. Atqui non utrunque scriptum est in loco Mosi, quem citat Paulus. Itaque posterius membrum non refertur ad illud, Sic & scriptum est: sed additur ab ipso Paulo (id quod & Chrysostomus animaduertit) ut conferat primum Adamum, de quo Moses scripserit, cum ultimo Adamo, de quo scribit ipse. quam sententiam ut apertius exprimerem, sic ad rem conuenientissime locum hunc conuertit: Cumq̄; ita scriptum sit, factū esse primum hominem Adamum animantem uiuum, ultimus Adamus spiritus est uiuificus. Hoc est: Multum differt inter primum Adamum de quo scribit Moses, & hunc de quo ego scribo. Cum sit enim ille animal uiuum: hic est spiritus non solum uiuus, sed, quod multo plus est, uiuificus.

REPREHENS. 2. COR. 1. SV-

per uerbis: Ut à multis personis agantur

ingentes Deo gratiæ.

Per multos, *ἢ καὶ πολλῶν*. Hoc nuper quidam

DEFENSIO.

93

quidam prætermisit, suo more scilicet quiduis uel adiciens, uel detrahens, uel immutans.

DEFENSIO.

Imò hoc maximè expressi uoce Ingentes: id quod ipse facile, si uoluisset, animaduertisset, cum nulla sit alia in Græco uox cui hæc respondeat. Accepi enim τολῶν in neutro genere, ut sit ἡ τολῶν, per multa, hoc est multū: ut respondeat ei quod dixerat, Qui nos à tāta morte defenderit, ut quemadmodum se dixit non à morte, sed ab ingenti morte liberatum: ita uicissim dicat, non gratias, sed ingentes gratias agendas. Sic & Germani interpretes locum hunc reddiderūt: uil danck sagung geschehe.

REPREHENS. 2. COR. 1. SV-

per uerbis: Ego uerò animi mei testem appello Deum.

Quidam hoc loco, Testem in animam meam, interpretatus est, Animi mei: id est, sententiæ aut uolūtatis testem. quàm rectè, ipse uiderit.

DEFENSIO.

Iurat hoc loco Paulus. Est autē iurare, Deum Iurare, quid sit. testem inuocare, id quod fieri solet, ubi aliquid magni

gni

qui momenti affirmatur, quod solus Deus & iurantis animus nouit. Hinc fit, ut aliquando nominetur animus in iureiurando. Vt Ierem. 29. sic iuratur Sedecias: Per Iouam uiuentem, qui nobis hanc animam, siue animum creauit. quasi dicat: Testor Iouam, qui nouit quid habeam in animo, quippe qui eum creauerit. Sic ego Pauli hunc locum intelligo. Quod autem scribit reprehensor, in iureiurando Deum non tantum ut testem, sed etiam ut uindicem aduocari, non nego: sed uindicta in ipso iureiurando intelligitur, non semper uerbis exprimitur: sicuti cum in alijs, ubi iuratur, locis apparet, tum maxime in eo ubi hoc de uindicta ipse annotauit; 1. Cor. 15. ibi enim nullam facit uindictae mentionem Paulus. Sic & Erasmus hunc locum in Paraphras. explicat: Deum animi mei testem facio.

REPREHENSIO 2. COR. 1.

Quidam nuper sic conuertit hunc locum: Non quod uobis fiduciam derogemus, sed consulimus uestro gaudio. Obsecro uerò quid est, summa impudentia quiduis audere in interpretando, si hoc non est?

DEFENSIO.

Legatur diligenter super toto hoc loco, tota Annotatione meamibi satis responsum est, praesertim cum hic

hic eam nullo uerbo refellat, n. q. in quo nam iura
 sit impudētia mea ostēdat. Certe ut sic interpreta-
 rer, adductus sum tenore uerborū Pauli: quæ alio-
 quin quomodo apte coherereant, uidere nequeo.

REPREHENSIO 2. COR. 2.

Vulgata & Erasmus uerterunt, Sed ex
 parte, nimium obscure: sed multo tamen
 rectius, quàm is qui nuper hunc uersicu-
 lum sic est interpretatus: Quod si quis cō-
 tristauit, non me contristauit, nisi aliqua-
 tenus, ne uos omnes onerem. quasi scili-
 cet pro *ἀλλὰ* scriptum sit *εἰ μὴ*, & in *ἐπιβα-
 ρῶ*, abundet præpositio. Nam cum pleris-
 que cōmunem errorem habet, quod scili-
 cet *ἐπιβαρῶ* coniunxerit cum *πάντας ὑμᾶς*:
 cum hoc uerbum soleat potius tertio ca-
 sui adiūgi, sitq; hoc in loco (ut mihi qui-
 dem uidetur) adhibita distinctione quasi
 parenthesi secludendum, ut *πάντας ὑμᾶς*
 cohereat cum *λελύπημεν*. Excusari tamen
 hoc potest, eo quod Paulus idē uerbū cō-
 iūxit cū quarto casu 1. Theſ. 2. & 2. Theſ. 3.

DEFENSIO.

Ἀλλὰ pro *εἰ μὴ* interdum poni, sciunt, qui ὅλῃα pro
 Græcè sciunt: & nos super Matth. cap. 20. an-
 notauimus. Quin & *ἐπιβαρῶ* accusatiuo inter-
 dum iungi, ipsemet fatetur, *ἐπι* autem in composi-
 tis sæ-

• tis sæpe abundat, ut in ἐπὶ ὁρωτῶ, ἐπιγινώσκου
 ἐπὶ δ' εἰκνυμι. Ipse dū hanc, quæ aperta est, sen-
 tentiam fugit, & in mea translatione tres errores
 quærit, tres errores commisit. Primum, quod
 Paulum doluisse negat. sic enim uertit: Non mihi
 tristitiam attulit. Imò uerò maximam, ut apparet
 in priore epistola. At absterfa est. Quid tum por-
 stea? Non loquitur Paulus de præsentī tēpore, sed
 de præterito, in quo doluit. Alterum, quod Co-
 rinthios facit quadantenus, seu propemodum, sine
 quodammodo (sunt enim hæc eius uerba) doluisse:
 se: in quo planè Paulo repugnat, ut apparet postea
 cap. 7. Tertium, quod Pauli uerbis uocem illum
 addit, cum nihil esset opus. Conferatur hic mea
 translatio, & Annotatio, cum eius translatione
 & Annotatione.

REPREENS. 2. COR. 3. SV-
 per uerbis: Si modò induti, non
 nudi reperiemur.

Quodd quidam hoc refert ad eos qui
 uiui in iudicio deprehendentur (de qui-
 bus 1. Theff. 4. d 16.) ineptius est quam ut
 refutatione egeat.

DEFENSIO.

Scribit apertè Paulus 1. Cor. 15. Omnes qui-
 dem

De ijs qui in
iudicio sit-
perfites re-
perientur.

dem non obdormiemus, sed omnes mutabimur u-
no temporis puncto, oculiq; momento, ad ultimum
clangetur enim, & mortui resurgent
incorruptibiles, & nos mutabimur. Hinc apparet
futurum, ut Dominus in aduentu suo alios nudos,
hoc est iam corporis tabernaculo spoliatos, uideli-
cet mortuos: alios uerò adhuc corpore uestitos,
hoc est uiuos reperiatur: & utrosq; uidelicet hos mu-
tando, illos in uitam reuocando, reddat immorta-
les. Mallet autem Christianus, si fieri posset, muta-
ri, quam obdormire. Et hoc ipsum est quod dicit
Paulus: Nollemus exui, sed superindui, ut mortali-
tas conficiatur à uita. hoc est, Vellemus, si fieri pos-
set, non mori, sed eorum esse qui in aduentu Domi-
ni adhuc corpore uestiti reperientur, ut ita sine
mortis obdormitione redderemur immortales.

Hæc sunt quæ nos in Annotatione nostra iam trá-
ctaueramus, quæ hic homo ineptiora putat, quam
ut egeant refutatione. Ego uerò ea firmiora pu-
to (si quis Pauli uerba mentemq; diligenter consi-
deret) quam ut admittant refutationem. & tamē
si quis refutauerit, paratus sum mutare sententiā.
Hic quidem nihil prorsus refutauit, tantum attulit
diuersam sententiā, quam refutare facile est. Sic

enim uertit: Siquidem etiam induti, non nudi repe-
riemur. Refutatio.

riemur. Deinde his uerbis explicat: Non manebimus corpore expoliati, sed etiam hoc nostrum corpus in caelo induetur, immortalitatis scilicet gloria. Hic ego dico, explicationem esse translationi prorsus contrariam. Nam translatio est: Reperiemur induti. Explicatio est: Nō manebimus corpore expoliati. Ergo reperiemur nudi, non induti. Nam nō manere spoliatus is dicitur, qui spoliatus reperitur, sed deinde uestitur: aut ego uidere nequeo, quomodo sint haec explicanda. Aut si sic mouis: Non manere corpore spoliatum, est idē quod corpore (quo fueris spoliatus) indui. Erit igitur: Reperiemur induti, hoc est, induemur. Atqui haec sunt pugnantia. Induitur enim, nō qui induitur, sed qui nudus reperitur. Deinde quod dicit: Hoc nostrum corpus in caelo induetur immortalitatis gloria: quæro ego, ubi nam induemur ipso corpore? Si in caelo, ergo in caelo nudi, non induti reperiemur. Verū quis portauerit corpora nostra in caelum ante nos? Sin in terra, ergo in terra nudi, non induti reperiemur.

Quod si dicet, indutionem illam esse non corporis, sed gloriae: respondebo, indutionem debere respondere spoliationi. Iam spoliati erimus corpore, si modò uera sunt illa: Non manebimus corpore expo-

re expoliati. Itaq; inductionem oportet de eodem
 intelligi. cui tamen sententiæ repugnant eius uer-
 ba. miscet enim inductiones, ita ut eum intelligere
 sit difficile: & si intellexeris, approbare difficilli-
 mum. Sed omiſſa eius explicatione, translatio-
 nem uideamus. Induti reperiemur. Quæro, quâ nã
 re induti? gloria ne, an corpore? Si gloria, falsum
 est: non enim indutos reperiet Christus gloria, sed
 induet. Sin corpore, quæro utrum omnes, an ali-
 qui? Si omnes, est sibi Paulus contrarius, qui (ut an-
 te ostendimus) docuit, non omnes obdormituros.
 Sin aliqui, repugnant uerba Pauli, si dicit, induti
 reperiemur, cum hæc locutio sit generalis. Itaq;
 quocūq; te uertas, omnia reclamant: nisi eī ye uer-
 tas, si tamen, aut, si modò, aut, si quidem, duobus
 uocabulis, ut sit conditio: sicuti uetus interpres, &
 Erasmus, & nos uertimus. Idem dico de ἐφ' ὧ,
 hoc est quando quidem, aut propterea quòd, aut eo
 quòd, sicut nos ijdem tres bene uertimus, quod hic
 pro ὅ uult dictum esse: id quod neq; Gramma-
 tica, neq; Pauli sententiã admittit. Reddit enim cau-
 sam cur suspiremus, quia scilicet nollemus exui.

REPREHEN. 2. COR. 6.

Quidam totum hunc locum sic con-
 uertit: Si uos estis angusti, non erga nos
 g 2 estis

estis angusti, sed erga hominem cui estis intimi. homo certè non minus ineptus in exponendo, quàm in interpretando temerarius.

DEFENSIO.

Quæ sit mea sententia, scripsi in Annotationibus. Verba Pauli sunt, & σπυχοχωρεῖσθε γυνήμισυ. σπυχοχωρεῖσθε δὲ γυνή τοῖς ἀπλάγχθοις ὑμῶν. Non estis angusti erga nos, sed estis angusti erga viscera uestra. γυνή enim accipio pro εἶς, sicuti uicij sum εἶς pro γυνή sæpe ponitur: id quod ipsemet alicubi annotauit. Viscera autem uocat, Hebræorum more, intimum amorem, ut ad Philemonem: Tu uerò eum (inquit) hoc est τὸ ἐμὸν ἀπλάγχθον, mea viscera (hoc est, hominem mihi intimum) recipe. Hoc interest, quòd ad Philemonem dixit ad ὑμῶν, mea viscera, hoc est, quem ego amo: at hic παστῶν ὑμῶν, uestra viscera, hoc est hominem à quo uos amami. Hoc enim uoluit dicere, Ego sum uestra viscera: hoc est, intimo amore sic uos prosequor, ut sim totus uester. Atq; hoc ipsum est quod sequenti capitulo declarat, dum dicit: Quippe qui ante dixerim uos in animis nostris esse. estq; eadem sententia cum illa quæ est in cap. 12. his uerbis: Ego uerò libentissimè & insumam, & insumar, pro uestris animis,

in pro uis.

Viscera pro intimo amore.

animis: quamuis uos maiorem in modum amans,
minus redamer, ut ita inter se respōdeant hæ duæ
sententiæ:

cap. 6.	} At uos	cap. 6.
Animus noster largus est, scili- cet erga uos.		estis angusti er- ga uiscera ue- stra.
cap. 12.	}	cap. 12.
Ego uos maio- rem in modum amo.		Me minus re- damatis.

Eandem Chrysostomus quoq; uidetur sequi
sententiam. Atq; hæc sic inter se congruunt, ut ui-
dere causam iustam nequeam, cur uel translationē
uel expositionem meam reprehendat. In eius &
translatione, & expositione hoc maximè possum
reprehendere, quòd uerbo *συνοχωρεῖσθαι* in eadē
sententia duas notiones attribuat, cum non sit ne-
cesse. Nam si quis diligenter uerba Pauli conside-
rabit, inueniet id uerbum utrobique eadem de re po-
ni, & opponi uerbo *πλατύνεισθαι*.

REPREHENS. 2. COR. 8. SV-

per uerbis: Qui ab anno superiore
non solum facere, sed etiam uel-
le coeperitis.

Ineptus est ille qui hunc locum perinde interpretatur, ac si scriptum sit, Et facere, & uelle: quum, inquit, facere plus sit quam uelle. Hoc ego uerò pernego, ut quidē τὸ θέλει accipitur hoc in loco. Sed & in eo me non habet astipulatorem, quòd Rom. 1. d 32. putat τὸ συνουθενῶς minus quiddam esse quam πρᾶξις: quem locum ille citauit, ut errorem errore cumularet.

DEFENSIO.

Ipse hoc loco τὸ θέλει interpretatur ultrò facere: ut sit hæc Pauli sententia, Cœperitis non solum facere, sed etiam ultrò facere. Hoc ego uerò pernego, ut quidē τὸ θέλει accipitur hoc in loco. Accipitur enim simpliciter, ut & in alijs locis, ubi cum uerbo faciendi aut efficiendi ponitur: ut Rom. 7. Non quod uolo facio bonum. Item: Velle inest mihi, sed ut bonum faciam, non possum afferre qui. Et Phil. 2. Deus est qui efficit in uobis, ut & uelitis, & efficiatis. In his omnibus certe plus est facere quam uelle. Quòd si tamen ei eius explanationem concesserimus, ipse malè transtulerit uelle: cum uolendi uerbum apud Latinos nunquam significet ultrò facere. Et si hoc quoque ei concesserimus, ne sic quidem opta erit eius explicatio. Scribis

Velle pro ultrò facere, malè positū.

bit enim his uerbis : Hoc autem Velle , sanè superius est multis partibus , eo facto quod nudum est , id est , quòd ab hac uoluntate non promanat . ita enim facere cuiusuis fuerit , qui facultatem habuerit : uelle autem , eorum demum qui uera charitate impelluntur . Hæc sunt eius uerba . Ad quæ ego respondeo : Paulum hic non magis de nudo facto , quàm de nuda uoluntate loqui . Cum enim utrunque laudet , dubitari non debet quin de ea uoluntate , deq; eo facto loquatur , quam uoluntatem & quod factum Deus in Corinthiis effecerit : sicuti modò de Philippensib. citauimus . Itaq; cum Deus sit utriusq; author , & utrunq; de iisdem dicatur , & facere per se plus sit quàm uelle (est enim in effectione perfectio , in uoluntate inchoatio) manet adhuc mea sententia . Laudat autè Paulus Corinthios ab operis celeritate , quæ uoluntatis alacritatem indicat , quasi hoc dicat : In eo apparet uestrum studium , quòd eodè anno quo uelle cœpistis , etiam opus sine cunctatione aggressi estis . Sed & in eo me non habet reprehensor astipulatorem , quòd Rom . 1 . putat τὸ σπουδάζοντι plus quiddam esse quàm πρὸς ἡμᾶς : quem locum ille citauit , ut errorem errore cumularet .

REPREEN: 2. COR. 9. SV-

per uerbis illis: Sic tamen ut liberalitas, non ut profusio.

Quidam conuertit Profusio (scilicet *πλεονεξία*) cuius nondum sanè conijcere potui quod fuerit iudicium. Certè hoc perinde est, ac si τὸ κατὰ bonum, & τὸ κατὰ malum interpretaretur. Sed fortassis huc respexit, quòd *πλεονεξείη* significat etiam excellere, & primas tenere, ut *πλεονεξίαν* putarit certamen quoddam in largiendo significare, quum alius alio liberalior uideri uult, quasi uerò id metueret Apostolus: aut sequès uersiculus non potius arguat hoc ad eos pertinere, qui *φειδομένως*, hoc est parcè serunt.

DEFENSIO.

Dixerat Paulus superiore capite: Si iam adest alacritas, prout habet quis, ita acceptus est, non prout non habet. non enim alijs laxitatem, nobis angustiam esse oportet. Hoc est, is acceptus est, nò qui largitur plus quàm habet, hoc est, plus quàm ferunt eius facultates, ita ut seipsum depauperet, quo alios locupletet: sed qui tantum largitur, ut ex eo quod ipsi superest, suppeditet alijs, quod ipsis deest.

Igitur

Igitur eandem sententiam diuersis uerbis hic repetit Paulus, ita ut hæc sic inter se respondeant:

cap. 8.	} Non	cap. 8.
Prout habet quis,		Prout non
ita acceptus est.		habet.
cap. 9.	}	cap. 9.
Sit liberalitas.		Profusio.

πλεονεξία autē cum Chrysoſtomo intelligo, nō respectu largientium, sed respectu accipientium: qui si tantū accipiūt, ut plus habeant quā ipsi largitores, est in ipsis πλεονεξία, hoc est, πλεον ἔχον, quam antē uocauerat laxitatem. Iam quanto ipsi plus habent, tanto habent largitores minus: itaq; quæ in accipientibus est πλεονεξία, ea est in largientibus profusio. Et ego quò perspicuitati seruirem, profusionem magis ex mente Pauli, quā ex uerbis, conuertit. Simile est quod conuertit ipsemet Hebr. 2. εἰς κατὰβολὴν ἀπέριστα, ad concipiendum semen: quòd si uerba spectes, perinde est ac si τὸ καλὸν bonum, ἔστω καλὸν malum interpreteris. Simile est et illud 1. Pet. 3. ubi dicit, baptisma esse σῶσις ἢ σέως ἀγαθὴ εἰς θεόν, hoc est, cōscientiæ bonæ interrogationem ad Deum. Sic enim ad uerbū

Baptisma cur
conscientiæ
stipulatio di-
ctum.

sonat, quod tamen contrà est. Neq; enim interro-
gat conscientia Deum in baptismo, sed interroga-
ta respondet. quo fit, ut quidam non malè putent,
Stipulationem esse uerbum illud uertendum: hoc
est, uerborum conceptionem, quibus is qui interro-
gatur, facturum se quod interrogatus est respon-
det. Huiusmodi stipulationis forma uidetur adhuc
hodie restare, illa quæ in Romana ecclesia
adhibetur in baptismo: Abrenuncias Satanae et
omnibus operibus eius? Abrenuncio. Itaq; Pe-
tri sententiam non malè expresserat Erasmus his
uerbis: Quo fit, ut bona conscientia bene respon-
deat apud Deum, eumq; immeritò reprehendat hic
homo, ipsemet malè locum uertès his uerbis: Quo
fit, ut bona conscientia Deum interroget per resur-
rectione Iesu Christi. Neq; enim profectò (sicut
iam dixi) interrogat, qui baptizatur, Deus: sed ipse
interrogatus respondet ex conscientia, hoc est, ex
animi sui sensu, sicut Candaces eunuchus Philip-
po. Iam illud quo pacto cohæreat, non uideo, nisi
bona cōscientia Deum interroget per resurrectio-
nem Iesu Christi. At ut nos interpretamur, apissi-
simè cohæret, nimirum hoc pacto: Interrogatus
qui baptizatur, aut, si maus, qui baptizatus est,
num cum Christo resurrexerit: hoc est, num ue-
terem

terem hominem exuerit: respondet cum uero animo, plenâq; fide, & animo à mala conscientia abluo, Resurrexisset: ut habetur Hebr. 10.

Quòd uerò negat hic metuisse Apostolum ne nimium largirentur: non dico id cum metuisse, sed cauuisse. & ut caueret, in causa fuisse eorum (quam ipse prædicat) animi alacritatem, cuius causa dixerit non æquum esse ut ipsis esset angustia, hoc est, ut nimium largirentur. Quòd uerò mox dicit de ijs qui per cesserunt, noua sententia est, non à superiore dependens: ideoq; non per γὰρ annectitur, sed per ὅτε incipit, qua quidem ostenditur duo esse genera largientium.

REPREHENS. 2. COR. 11.

Ὁὐ μὴ τὴν ἀποστολὴν οὐδὲν ὄντος, quidam uertit, Neminem exuxi: quàm rectè, ipse uiderit.

DEFENSIO.

Ναρκῶν ἐστὶν torpescere: & quæ exuσία ὁ ἀποστολὴν sunt, torpent. Quòd si uertissem, Neminem torpesci, fuisset obscurior oratio. Idem mox dicit Paulus alijs uerbis: Ne uobis oneri essem, & caui, & cauebo. Quòd uerò hunc locum sic uertit, Non obtorpui cum cuiusquam incommodo: id
quo mi

quo minus approbem, facit ratio Pauli, quam continuo subiicit: Nam egestati meæ subuenere fratres qui uenerant ex Macedonia. Hic enim non dicit, se uictum suis manibus parasse: sed ab alijs fratribus, nõ à Corinthijs, accepisse. Neq; uerò eum suis manibus operatum fuisse nego, sed aliam causam hoc loco afferri dico.

Quòd mox me reprehendit, quia *ὡς ἐβόων* & *εὐτιμῆ* sum interpretatus: abundè ad id responsum est in Annotat. nostra. Germani quidem interpretes à me sunt. Idè dico de eo, quod uers. 21. scribit: Quidam alius uertit, Quasi uerò nos nequeamus. egregiè scilicet, & per appositè. Hic quia me tantum deridet, non refellit, non est quòd ad confirmandam sententiam aut translationem meam quicquam afferam. Eius quidem translatio & explicatio mihi & per obscura est, & parum apta uidetur. Lectores iudicent.

REPREHENS. 2. COR. 12.

ὃ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιπατήσαμεν: Si Latine cum diserto illo interprete dixeris, Non ne eodem animo ingressi sumus? dimidium energiæ sustuleris.

DEFENSIO.

Reprehendit me, quòd *πνεύματι* non uerte-

rim spiritu, sed animo. Et tamen ipsemet animum
interpretatur in eadem notione, in Annot. 1. Cor.
5. 4. & 7. f. 34.

REPREHENSIO GAL. 2.

ῥαπεισάντες quidam conuertit Emissa-
rios, quasi scilicet isti ab alijs quibusdam
essent subornati, ac non potius sua spon-
te soliti sint Paulo, & ijs omnibus insidia
r, qui Christiana libertate utebantur.

DEFENSIO.

ῥαπεισάντες non actiue (ut ipse uerit, sub-
repticios) sed passiuè dici, sciunt Grammatici. & *ῥαπεισάντες*
sic interpretati sunt Germani. quasi tu dicas In-
troducucios, qui Latine proprie dicuntur Emissa-
rij. Quòd uerò negat eos ab alijs fuisse subor-
natos, cur negat? quasi scilicet alijs ab alijs suborna-
ri non solerent: sicuti Iudæi quosdam suorum sub-
ornarunt, qui Christum super Iohannis baptisma-
te tentarent.

REPREHENSIO GAL. 4.

ἵνα ὡς ἐγὼ. Scopum Apostoli non af-
sequuntur, qui exponunt, Estote mei si-
miles, quoniam & ego sum uestri.

DEFENSIO.

Scopum Apostoli hunc esse puto: Ego sum o-
mnibus

omnibus omnia, Iudæis Iudæus, Græcis Græcus,
 & uobis Galatæ, Galata. Vos uicissim debetis
 esse Paulus, hoc est Pauli similes. Nam ideo me uo-
 bis accommodo, ut uos Christo lucrer. Est autem
 Hebraismus, Este sicut ego: qualis est ille, Eritis si-
 cut dii, hoc est deorum similes.

REPREENS. GAL 4.

οὗτος ἀγγελος θεοῦ. Quidam non rectè inter-
 pretatus est, Dei nuncium: ut ostēdit car-
 nis antithesis.

CONFESSIO.

Sic hunc locum accipiebam, ut si diceret Paulus,
 ab eis acceptum se ut à Deo missum, secundum
 illud: Qui accipit à me missum, me accipit. Et est sa-
 nè Græca uox ambigua. Sed dum locum hunc
 diligentius perpendo, descendo in reprehensoris
 sententiam. Itaq; Græcum angeli uocabulum re-
 tineo, idq; iam feceram in translatione Gallica.

Quod deinde uersu 17. annotat, ἐκκλῆροια
 ἡμῶν, non ὡμῶν, legendum esse, quamuis repu-
 gnantibus omnib. codicibus, ei prorsus assentior.
 Itaq; sic locum corrogo: Excludere nos uolunt, ut
 se ambiatis. Decet autem ambire in re, &c.
 Est enim hæc sententia: Ambiant uos, sicut ama-
 tor puellam: & nos, hoc est me, ceu riualem, uolūt
 excludere.

DEFENSIO.

111

excludere, ut uos à me ad se amandos auocent.

Ac quod hic de ἡμῶς ei propter sententiam cōcedo, quamuis nusquam sic legatur: idem ab eo peto ut mihi in nomine κέμιλ & Matth. 19. concedat, ut positum sit pro κέμιλ & nam & id sententia postulat: & lapsus fuit facillimus ex κέμιλ os κέμιλ & pro κέμιλ &: præsertim cum nomen κέμιλ & tā rarum sit apud Græcos, quàm rudens apud Latinos: & soleāt librarij sæpe decipi in raris uerbis, & in eorum locū (quod ea non intelligant) alia cognatæ pronunciationis aut scripturæ subijcere: ut ludex pro Index, & Immergere pro Inuergere, & Inspirare pro Inspicare: & huius generis alia.

κέμιλ & pro
κέμιλ &.

Quæ nā uerba peruertere solcant librarij.

REPREHENSIO GALAT. 6.

δοκιμασέτω non uerti Probet, quod ambiguum est: neque Exploret, quod non satis est expressum. Neque enim materiam sanctæ & iustæ gloriæ inuenit, quisquis seipsum explorat: sed quisquis sese ita gerit, ut meritò sese omnibus approbet. Sic usurpatur idem uerbum 2. Corinthior. 8. b 8.

DEFENSIO.

Nō tā hic quæritur cui nā gloriari liceat, quàm

ΚΕΤΗΝ

Explorare
opus suum.

Approbare.

utrum is qui gloriatur, debeat in seipso, an extra seipsum gloriari. ut sit hæc sententia: Qui gloriatur, exploret opus suum, utrum sit gloriatione dignum. Ita fiet, ut si gloriationis causam habeat, debeat in seipso, opus suum secundum ueritatem examinando: non in altero, sese cum altero comparando, & ei præferendo. Neque enim iudicabit non Deus comparando cum alijs, sed ad normam ueritatis. Vide annotationem nostram. Quod autem ipse locum hunc uertit, Opus suum quisq; approbet: non possum approbare. Nam siue intelligas Approbet, hoc est, laudet & commendet, non est ea mens Pauli: siue intelligas, Approbet opus suum, hoc est, opus faciat approbatione dignum, non est ea mens Pauli: neq; enim præcipit hic de opere faciendo, sed de operis facti iudicio. Taceo quòd Latinum uerbum Approbare non admittit illam notionem. Siue intelligas approbet, hoc est, efficiat ut alijs hominib; id opus rectum esse uideatur, non est ea mens Pauli: neq; enim homini hic præcipit, quomodo apud alios, sed quomodo in seipso possit gloriari. Adde quòd addendus esset datiuus, Approbet alijs, aut aliquid eiusmodi: sicut ipsemet annotauit in eodem quem citat loco 2. Corinth. 3. b 3. Erasmus reprehendens, qui appro-

bardi

DEFENSIO.

113

bandi uerbo in ea notione fuerit usus sine datiuo. nam id huius uerbi natura non patitur. Neq; uerò ne illic quidem $\delta\omicron\kappa\iota\mu\acute{\alpha}\zeta\epsilon\upsilon$ est exploratū redere, sicut ipse uertit: nec usquā alibi, quod sciamt sed explorare. Neq; uerò rectè scribit ibi, Paulum 2. Cor. 9. & 2. testari, se nullam experientiam requirere dilectionis Corinthiorum. Testatur quidem Paulus se nosse illorum promptum animum sed non idcirco non uult illorum dilectionem explorare. Nouerat & Deus promptum animum Abrahami: at non idcirco eum non explorauit, iubendo ut filium immolaret.

REPREHENSIO EPHES. 1.

Non admitto eius interpretationem, qui conuertit $\epsilon\upsilon\ \tau\omicron\iota\varsigma\ \epsilon\iota\pi\tau\epsilon\rho\alpha\upsilon\iota\omicron\iota\varsigma\ \chi\rho\iota\sigma\tau\acute{\omega}$, in rebus Christicælestibus, quasi $\epsilon\iota\pi\tau\epsilon\rho\acute{\alpha}\nu\iota\alpha$ scriptum sit neutro genere, & $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{\omega}$ positum pro $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{\epsilon}$.

DEFENSIO.

Ipse uertit, Benedixit nobis in caelis Christo. Sed in annotatione dicit, In Christo. Ex quo conijcio, in translatione uitium esse Typographi: citatq; eius lectionis autorem Theophylactū, Hieronymum, ueterem interpretem, & Græca scholia. Ego eius uersionem non reprehendo. sed cū
h
sit du

sit dubium, utra lectio sit uerior: & nostra bene
constet, sicut in Annotatione nostra uidere est,
eam non muto. Quod uerò *ὅτι τοῖς ἐργοῖς*
uisus, uult idem esse quod in celo, fateor sic alii
quando poni. sed cum sit hoc quoque ambiguum, &
ad nostram sententiam non minus possit accom-
modari, ne hoc quidem muto.

REPREENS. EPHES. 1.

Εἰς ἑαυτοῦ τῆς δόξης αὐτοῦ. Quidam uer-
tunt, Laudi & gloriæ ipsius: quæ inter-
pretatio ex Græco contextu refellitur.
Gloriam enim Dei hoc in loco, & infra
uers. 14. pro Deo glorioso dixit, Hebræo-
rum more, quem exposuimus 1. Corin-
thiorum 2. b 2.

DEFENSIO.

Laudem gloriæ puto dictam pro laude glorio-
sa, siue (quod hoc loco idem est) pro laude & glori-
a: sicut in Psalmis sacrificium laudis dicitur, sa-
crificium laudatorii, Psal. 49. *δυσίαυ αὐτοῦ*
& Eccles. 6. *σκέπλω ἰχθυῶ*, & *σὸλῳ δόξης*,
& *σὶ φωνῶν ἀγαλλιάματ*.

Nec obstat quod hic additur articulus, additur
enim etiam infra cap. 3. ubi eodem planè modo di-
xit Pau

DEFENSIO.

115

icit Paulus, *ἢ τὸν πλῆτορον τὸ δόξῃς αὐτῷ*. quem locum hic idem interpres, sui oblitus, uertit: Pro diuite sua gloria. Et ibidem annotauit, Opulētiam gloriosam posse uerti, sicuti nos uertimus. Et Ephes. 4. e. 24. *ὁ οὐρανὸς τῆς ἀληθείας* uertit sanctimoniam uerā. Et 24. *πῶς οἰκοδομῶ τὴν χρείαν*, ad aedificationis usum.

REPREHENS. PHILIP. 1. SV-

per uerbis: Quòd si mihi in eo situs est profectus operis.

Vulgata & Erasmus uertit: Quòd si atqui si ita conuerteris, hiabit tota sententia, propter particulam *καὶ* sequentem. hanc uerò Græcus scholiastes negligit, & *εἰ δὲ* interpretatur *ἐπειδὴ δὲ*, Quoniam uerò. Sed hoc quidem est nodum non expedire, sed secare. Nouus quidam interpres eam quoque transfilit, sed multo impudentius.

DEFENSIO.

καὶ interdum superuacaneum esse, ipsemet annotauit: qua de re uide quæ supra scripsimus Roman. 4. Iam nusquam frequentius superuacaneum est, quàm in hoc locutionis genere, cū post si ponitur. Est enim Hebraismus frequentissimus, ut Gen. 13. ad uerbum sic legitur: Si ad dexteram

καὶ superuacaneum.

116 SEB. CASTELLIONIS
iueris, & ibo ad sinistram: & si ad sinistram, &
ibo ad dextram. Et cap. 18. Si inuenero Sodome
quingenta iustos, & ignoscā toti loco propter
eos. Et cap. 24. Quod si noluerit mulier te se-
qui, & eris solutus ab hoc iureiurando. Quod ad
sententiam attinet, leguntur utriusque translatio
& annotatio. A me quidem est Germanica in-
terpretatio.

REPREEN. PHILIP. 2.

Quidam cōuertit, Apostolum, & mei
muneris uicarium. quasi scilicet absente
Paulo fuerit Epaphroditus Philippen-
sium Apostolus. id uerò quàm rectè, ip-
se uiderit.

DEFENSIO.

Totus locus sic habet: Necessarium putauit E-
paphroditum fratrem & collegam, commilito-
nemq; meum, uestrum autem Apostolum & λα-
τρού γὰρ ἔχεται μὲν, ad uos mittere.

λατρού γὰρ
quid.

Iam utraq; uox est ambigua. nam & λατρού
γὰρ tam de eo dici potest qui alicui administrat in
rebus necessarijs, quàm de eo qui munus aliquod
administat: & ἔχεται tam de egestate, quàm de
munere siue negotio. Ita enim positum est Act. 6.
Sic enim scriptum est: Dispiciate homines ex uobis
septem,

septem, ἔς καθ' ἑαυτὸν ἄνδρα τῆς γείας ταύτης:
 hoc est, quibus mandabimus hanc prouinciam.
 Itaq; si uerba spectes, Pauli sententia est ambigua,
 utrum Epaphroditum appellet suum in rebus ne-
 cessarijs administrum, an sui ad Philippenses mu-
 neris administrum, siue uicarium. nam utrumque
 præstitit Epaphroditus. Sed dum uerborum col-
 locationem specto, in posteriorem sententiam in-
 clino. Sunt enim orationis Pauli mēbra duo: quo-
 rum uno describit, quid ipsi sit Epaphroditus: alte-
 ro, quid sit Philippensibus. Mihi est, inquit, frater,
 & collega, atq; commilito: uobis uerò est Aposto-
 lus, & apostolatus mei uicarius. ut illud καὶ expo-
 nat quod antè dictum est, sicuti sæpe ponitur. Νὰ
 λατρεύου omnino referri uidetur ad ὑμῶν δὲ.
 Alioquin subineptum uideretur, si post ὑμῶν δὲ
 reuenteretur Paulus ad prius membrū, in quo iam
 enumerauerat quid sibi foret Epaphroditus. Quòd
 si quis hoc confitens, tamen sic interpretetur, Ve-
 strum λατρεύου τῆς γείας ὑμῶν: hoc est, qui uestri
 erga me officij defectum suppleuit: cum eo non pu-
 gnabo. nā & hoc eum præstitisse, apparet in fine
 cap. & Pauli uerba omnino sunt ambigua. Vt ut
 est, in sententia nihil est periculi, cū utrūq; præstite-
 rit Epaphroditus. Itaq; sequatur utrā quisq; uolet.

Quòd autem quidam hunc locum cõ-
uertit, Quoniam per eum uisum est patri
omnem ferum uniuersitatem habitare:
sanè ita est absurdū, ita ineptum, & à Pau-
li scopo alienum, ut nemini nisi illi in in-
mentem uenire potuisse credam. Quor-
sum enim hæc Dei inhabitatio? quorū
mentio uniuersitatis rerum? Nam res ip-
sa clamat, Apostolum de sola Ecclesia hic
agere, ut etiam 1. Cor. 15. d. 28. Ephes. 1. b.
10. & 4. a. 6. & c. 20. Postremò proferat
ipse ullum locum, in quo uniuersitas re-
rum, nomine τῆς πανόρουτος significetur,
non expresso aliquo nomine ex quo id
possit intelligi. Certè tale quiddam gar-
riunt Libertini, tale quiddam etiam im-
pius Seruetus & Postellus, de Dei sube-
stantiæ per omnia diffusionem somnia-
runt. Nolim tamen ego hæc dogmata te-
merè isti impingere: sed quid ex hac ip-
sius interpretatione non absurdè possit
elici, ostendo.

DEFENSIO.

Quum postremò imprimeretur mea transla-
tio, admonitus fui ab amico super hoc loco, & ex
eius ad-

eius admonitione Annotationem scripsi his uer-
 bis: Erit Deus omnia in omnibus, per Christum.
 Alij sic putant interpretandum: Visum est patri
 collocare in Christo omnem plenitudinem, scili-
 cet diuinitatis. Tum *κατοικῆσα* erit positum pro
 collocare. Vtra sententia sit uerior, nescio. Hęc
 Annotationem si legit iste, desidero in eo mode-
 stiam: si non legit, charitatem: siue legit, siue non
 legit, iudicium. Ac quoniam non parui momen-
 ti est hic locus, eum paulo diligentius examinemus.
 Verba Pauli sunt: *ὅτι καὶ τῷ θεῷ ὁλοκλήρως ὡς τὸ
 πληρῶμα κατοικῆσα*. Interpretationes sunt
 tres. Vna est, quam modò posui, ut *κατοικῆσα* κατοικῆσα
 positum sit profacere habitare, siue collocare. Et quid.
 hanc quidem ego non possum admittere, quoniam
 uerbum *κατοικῆσα* in ea notione nusquam inue-
 nio. Altera est superiorum, et huius qui sic uer-
 tit: In eo complacuit patri, ut omnis plenitudo in-
 habitaret. Hanc quoq; ne admittam, causę duę
 sunt. Vna, quòd uerbi *θεῷ ὁλοκλήρως* natura repugnat.
 Cum enim infinitiuo modo iungitur, refertur infi-
 nitius ille ad eandem personam, ad quam ipsum uer-
 bum *θεῷ ὁλοκλήρως*. ut Luc. 12. *θεῷ ὁλοκλήρως ὁ πατήρ
 ἡμῶν δίδωκε ἡμῖν τὴν βασιλείαν*: Visum est pa-
 tri uestro dare uobis regnum. Hic, Dare refertur

ad nomen Patris, ut pater daret. Et 1. Cor. 1. $\delta\theta\sigma\varsigma$
 $\mu\eta\sigma\epsilon\rho\ \delta\ \theta\epsilon\acute{o}\varsigma\ \sigma\acute{\omega}\sigma\alpha\iota\ \tau\acute{\upsilon}\varsigma\ \omega\iota\varsigma\ \theta\upsilon\omicron\upsilon\tau\alpha\varsigma$: Visum
 est, siue libuit Deo, seruare credentes. Aliam hu-
 ius uerbi infinitiuo iuncti notionem non inuenio.
 Si quis inuenit, libenter admittam. Altera causa
 est, quod etiamsi id concederemus, esset uiolenta
 uerbi $\acute{\alpha}\rho\chi\epsilon\ \tau\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}\xi\alpha\iota$ cum uerbo $\kappa\alpha\iota\ \tau\omicron\iota\kappa\eta\sigma\alpha\iota$ cō-
 iunctio, quippe cum $\kappa\alpha\iota\ \tau\omicron\iota\kappa\eta\sigma\alpha\iota$ ad $\tau\omicron\ \pi\acute{\alpha}\tau\epsilon\rho\varsigma$
 $\acute{\alpha}\rho\chi\epsilon\ \tau\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}\xi\alpha\iota$ uerò ad patrem referretur: cum
 tamen coniunctio $\kappa\alpha\iota$ postulet, ut ad eundem re-
 ferantur. Atq; hanc uiolētiam uidere licet in istius
 translatione, quæ sic habet: In eo complacuit pa-
 tri ut omnis plenitudo inhabitaret, & per eum re-
 conciliaret omnia sibi. Quæ uerba si spectes, erit
 hæc sententia: Placuit patri, ut omnis plenitudo ha-
 bitaret in Christo, & per Christum reconcilia-
 ret ipsa plenitudo omnia sibi, uidelicet plenitudini.
 Certè aliam sententiam ex his uerbis elicere non
 possum: quæ sanè ita est absurda, ita inepta, & à
 Pauli scopo aliena, ut nemini, ne illi quidem ipsi in-
 mentem potuisse uenire credam. Credo enim eius
 esse aliam mentem: sed quid ex his eius interpreta-
 tionis uerbis eliciatur, ostendo.

Supereft translatio mea, in qua nullam uim sic
 ri uerbis contēdo, Nam q̄ pro $\delta\theta\sigma\varsigma$ sæpe poni, & se
 nunquam

numquam negabit. *Ἐκ τῶν τοιαύτων* cum accusatio
 no cōstrui, sicut latine *Habitare*, apparet in Matt.
 23. *Ἐκ τῶν τοιαύτων* *Ἐκ τῶν τοιαύτων*
 λέγει ad eandem patris personam aptissime re-
 feruntur.

Resiat uerbū *πλήρωμα*, de quo iubet ut pro-
 feram ullum locum, in quo sic positum sit: cui ego
 uicissim respondeo, ut proferat ullum locum ubi
 uerbum *ὄν* sic positum sit, ut ipse interpre-
 tatus est: *Ἐκ τῶν τοιαύτων* coniuuantur, quo pacto
 ipse coniunxit. Quod si respondebit, Quamuis
 alibi non fiat, tamen hic fieri, *Ἐκ τῶν τοιαύτων* sen-
 tentiam: idem ego respondere possum de uocabulo
πλήρωμα, *Ἐκ τῶν τοιαύτων* quidem citra uolentiam illam uer-
 borum torsionem, quam in eius translatione osten-
 dimus. Est enim *πλήρωμα* uniuersitas rerum, de *πλήρωμα*
 quibus habetur sermo. ut in illo Psalmi, Domini *πλήρωμα*
 est terra *Ἐκ τῶν τοιαύτων* plenitudo eius: hoc est, uniuersitas re-
 rū, siue uniuersæ res quæ sunt in ea. *Ἐκ τῶν τοιαύτων* illud Pauli
 Rom. 11. *Ἐκ τῶν τοιαύτων* *Ἐκ τῶν τοιαύτων* *Ἐκ τῶν τοιαύτων*
 Donec uniuersitas gentium, siue uniuersus gentiū
 numerus intrarit. Quod si nomen *πλήρωμα*
 nudū ponitur, tum intelligenda est uniuersitas ea-
 rum rerū de quibus agitur, ut Iohan. 1. *Ἐκ τῶν τοιαύτων*
Ἐκ τῶν τοιαύτων *Ἐκ τῶν τοιαύτων* *Ἐκ τῶν τοιαύτων* id est,
 h s ex eius

Ex eius rerū omnium plena copia nos omnes sumus
 p̄simus. Iam hoc Pauli loco quid sit ⁱⁿ anglo
 apparet ex ijs quæ mox subiiciuntur, uidelicet tā
 terrestria, tum cælestia: hoc est, omnia. Atq; hæc
 de uerbis.

Ecclesie tri-
 bui nomē u-
 niuersitatis.

Quod ad sententiam attinet, non nego Paulū
 hic agere de Ecclesia. Sed cum sit Ecclesia nouus
 mundus, quem Deus eodē sermone suo (qui sermo
 Christus est) creat, quo ueterē mundū creauit, tri-
 buuntur Ecclesie omnia eadē nomina quæ mūdo.
 Itaq; Euangelium uocatur regnū cælorum, & per
 Christum (ut in hoc eodē Pauli cap. scriptū est)
 Deus omnia sibi recōciliauit, & pacificauit cæle-
 stia & terrestria. & Euangelium (ut mox scribit
 Paulus) in omni creatura subiecta cælo prædica-
 tū est. Quod si omnia hæc nomina tribuuntur Ec-
 clesie, nec mirū nec alienum est si ei tribuitur no-
 men uniuersitatis, quā patri per filium habitare ui-
 sum sit, ut tandē sit Deus omnia in omnibus. Hæc
 habui super hoc loco quæ dicerē: quibus quidē dili-
 gētius perpendēdis, magis cōfirmatus sum in tras-
 latione mea. Itaq; quā principio dubiam Annot-
 tionem citauī, eam ex Annotationibus meis deleo.
 Quod si quis ex translatione mea haurit falsam
 aliquam opinionem, culpa mea non est: non magis
 quam

quàm Pauli, si quis ex eo quòd dicit, Evangelium
in omni creatura prædicatum esse, colligat, e-
tiam bestijs & syluis prædicatum esse, quæ crea-
turæ sint.

REPREHENS. COLOS. 2.

Quidam immodica sua licentia usus,
hæc in far sit superiori uersiculo, quasi scri-
ptū sit, *καὶ ἵνα πᾶσι εἰς φόβον τῆ ἀποχρήσει, ὡς
ὁ τὴν τινι πρὸς πλησμενὴν τῆς σαρκός.* id est,
ut ipse interpretatur: Quorum omnium
is usus est, ut usu pereant, & ad corporis
expletionem pertineant, nō ut in aliquo
sint honore. Mirabile sanè hyperbaton,
& quod nulli nisi peruersissimi iudicij
homini uenire in mentem potuit. Quo-
modo uerò cohærebunt sequentia? Opti-
mè nimirum, si suppleueris quiduis ex ar-
bitrio. Ista uerò, inquit, placita sunt (ubi
uerò ista in Græco contextu?) ex homi-
num præceptis atq; doctrinis, quæ qui-
dem sunt eiusmodi, ut rationem habeant
sapientiæ ob religionis speciem (*ὡς ἐθελο-
θρησκεία*) atq; modestiam, & corporis ue-
xationem seueram. Hoc uerò u-
trum est ex Græco conuerte-
re, an peruertere?

Refutatio.

Legatur hic diligēter Annotatio mea. Quod ad hyperbaton attinet (ut taceam quod ipse longius etiam, idq; non rectē, fecit in Rom. 2. ubi de conscientiae testimonio agitur, de quo supra scriptum est id possum probare uel ex absurditate translationis ipsius. Sic enim uertit: Ne attigeris, neque gustaueris, neque contrectaris. Quae omnia ipso usu pereunt, praescripta ex mandatis & doctrinis hominum. Hic ego quaero, quae nam sint ea quae ipso usu pereunt? Respondebit, esse cibos. Sed quos nam cibos? uetitos ne, an praecipuos? Respondebit, praecipuos. scribit enim in Annotazione his uerbis: Vbi igitur quadragesimalis & sextae feriae piscium esus? At hoc est absurdissimum. Non enim praecipitur piscium, non magis quam fungorum esus, in quadragesima: sed uetatur carnis esus. Praeterea est Pauli uerbis planē contrarium. nam illa uerba, Ne attigeris, ne gustaris, non sunt de cibis comedendis, sed de cibis non comedendis. At hic homo planē contrariam sententiam reddidit: ideoq; Pauli uerbis uocem Praescripta adiecit, eius menti planē contrariam, utpote qui (ut iam diximus) non de praescriptis, sed de uetitis cibis loquatur. Quod si pro Praescripta dicas Uetita, ne sic quidem quadrabit

quadrabit sententia. non enim pereunt usu uetiti cibi, id est à quibus abstinetur: sed potius pereunt sine usu. Ita fit, ut quocumq; te uertas, non possit τῆν εὐνοίαν q̄ coherere cum κατὰ τὴν εὐταλμαίαν. Eiusdem absurditatis est, quòd uerba illa ἕκ εὐπὶ μὴ τινὶ πρὸς πλησμονῶν τὸ σαρκὸς, refert ad illa hominum præcepta, quæ ad ea spectent quibus farcitur caro. Imò contrà ad ea spectant quibus maceratur, non farcitur caro: ut cum tota sententia, tum maxime uerbum illud ἀφαιδίασώματος, hoc est corporis seuera uexatio, ostendit. Itaq; omnino admittendum est nostrum hyperbaton: ita fiet aperitissima aptissimaq; sententia.

Quòd uerò quærit, ubi nam illa uerba sint in Græco contextu, uidelicet, *Ista uerò placita sunt: possum ego rectius ex ipso quære, ubi illud Præscripta, & Tamen, & Quum, & Spectent, sine in Græco contextu. itemq; alijs multis in locis, unde nam sumpserit ea quæ male & citra ulla necessitatem uerbis authorum adiecit, quemadmodum facile possem ostendere. ut 2. Cor. 9. c. 21. Ut inquam abundetis. & Galat. 2. a 6. Non sum edoctus. & Philip. 2. a 1. Unà uiuificauit. & multis alijs locis. Sed nolo aliorum peccatis factum meum defendere. Respondeo, me citra sententiæ iacturam*

Explicatio
uerborum
Pauli.

Eturam perspicuitati seruauisse: id quod ipsemet se
pe facit. Verba Pauli sunt: τὶ δόγματα ἔσονται; Se-
quitur commemoratio dogmatum, μὴ ἐσθῆναι, &c.
uidelicet cibos qui perire debent utendo. Sequi-
tur deinde Pauli iudicium de illis dogmatis, καὶ τὰ
τὰ ὑπὲρ νόμου. Quasi hoc dicat: Ista de quibus
loquutus sum dogmata, quibus uerbis interdicitur
usus ciborum in hoc creatorum ut utendo consu-
mantur, ista inquam dogmata sunt non diuina, sed
ex praeceptis hominum. Legatur diligenter mea
translatio: nihil sententiae adiectum inuenies.

Quod ad uerbū ἐθελουθεντικῶν atinet, ea est
proprie cultus non praecepto, sed ultrò susceptus.
Et quia quæ sua sponte, non Dei praecepto insti-
tuunt homines (praesertim si uitiosa sunt, ut sunt
quæ hic Paulus reprehendit) non uerè religiosa
sunt, sed uidentur, puto hoc loco uerbum hoc posi-
tum pro religionis specie.

REPREHENS. 2. THES. 1.

Quidam nuper Apostoli sententiam,
ut mihi quidem uidetur, deprauauit, cū
hunc locum ita conuerteret: Perficiatq;
ut bonitatem ac fidei opus & libentissi-
mè & fortiter persequamini, atque ab-
soluatis: translato scilicet ad Thessalo-
nicenses,

nicensis, quod ad Deum potius refertur.

DEFENSIO.

Ἐγὼ ἠδὲ αὐτὸς dixit ad tunc Paulus in superioris epistolæ cap. 1. etiam hoc interpretetur qui ibi uertit, efficacem fidem. deinde interpretatur ἡ ἐργασία ἡ πίστις, hoc est operatam fidem. Cum sint igitur hic eadem uerba, ad eosdē eadem de re scripta, ego hæc eadem notione accipio, & eandem rationem in ὁ δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλοθεν ἔχων esse dico.

REPREHEN. 1. TIM. 2.

Sed magis etiam hunc locum detorfit quidam, qui hæc coniunxit cum sequentibus, in hunc modū: Quam ad rem suis temporibus testandam ego præco sum, & Apostolus constitutus.

DEFENSIO.

At mihi uidetur ipse magis detorquere, qui Christum uocet testimonium. Hoc quidem mihi ualde durum uidetur. Mollius erit, si sic intelligas: Qui seipsum liberationis precium pro cunctis dedit, res testanda suis temporibus: ad quod, hoc est, ad quam rem ego sum constitutus. Ita fiet, ut τὸ μαρτυρεῖν ᾧ ᾠκεῖται pro re testanda, id quod ipsemet annotat, cui sententiæ cōgruit mea translatio: sed ita, ut re testandā nō ipsum Christū, sed ipsum Christi

Christi negocium intelligam. Mihi astipulantem
interpretes Germani.

REPREHENS. 1. TIM. 3. SV.
per uerbis: Si quis episcopi munus ex-
petit, rem bonam cupit. De-
bet autem, &c.

Manifestè corruptit hunc locū, qui con-
uertit καλὴ ἔργα, rem bonam: & δὲ εἰς, de-
bet autem.

DEFENSIO.

Pauli sententiam esse hanc semper putavi, Epi-
scopatus res est bona, siue munus bonum: & qui
id cupit, munus bonum cupit. Itaq; ἐργον hoc loco
non possum accipere pro opere. nam episcopatus
non est opus, sed munus. & ea forma dicitur qua
consulatus. ἐργον autem pro munere poni, quan-
quam non admodum eget testimonio, tamē unum
adducam ex Iosepho 2. Antiq. cap. 5. ubi pro impe-
ratorio munere ponit his uerbis: μῶσ' ἔσ' δὲ ἡδὲ
ὡς πρὸς δ' ἐχέ' τὸ ἐργον. Quod ad δὲ εἰς
attinet, sic & Germani uerterunt, ut ego.

REPREHENSIO 1. TIM. 3.

Supereft ut admoneam, hunc locū scē-
dè etiam nuper ab eo esse deprauatū, qui
pro

pro ἰφανερώθην, id est conspicuus & aspectabilis factus est, conuertit, Deus extitit in carne.

DEFENSIO.

Existere pro apparere dici, sciunt Latini: & φαυερώθην eiusdem notionis esse in multis locis, sciunt qui Nouum testamentum diligentius legerunt. & me in eam sententiam uertisse & ipse testor, & mea translatio Gallica testatur, in qua sic uerti: Dieus' èt montrè an chair. Itaq; non uideo, quò locum hunc tam fœdè depraauerim. Tamēne quis ambiguitate deinceps offendatur, locum hunc sic muto: Deus apparuit in carne.

Quòd deinde cap. 4. reprehēdit me, qui πρεσβυτερον uerterim Senatum, malè reprehendit. Est enim Græcum nomen, à senio: & in Vetere testamento sic uocantur Senatores. nec minus dici potest Senatus ecclesiasticus, quàm civilis, quæcunq; tandem Senatorum sit ætas: nec quicquam differt inter presbyterium & senatum, nisi quòd hoc Latinum, illud Græcum est. aut det nobis Latinum.

REPREHENSIO I. TIM. 6.

De rebus inanib. clamores, ἠρηγορίας.
i Hoc

Hoc titulo exornat Paulus nō minus spirituosas, quàm & clamorosas & inanes, atque adeò prophanas, tum philosophastronitum sophistarum omnium concertationes. Quamobrem etiam postea meminit *ἀντιθέσεων*, id est oppositionum, cum perpetuò quæstiones ex quæstionibus apud illos nascantur. Vulg. uocum nouitates, *νεωφωρίαι*: quod & ipsum non caret offendiculo, atque etiam plerunque coniunctum est magno cum solidæ doctrinæ detrimento, & magnam quandam ingenij uanitatem arguit. ueluti si pro angelis Genios dicas, pro baptismo lotionem, pro fide confidentiam, pro Ecclesia rempublicam uel ciuitatem, pro presbyterio senatum, & cætera id genus profanè & falsis rationibus innouata, de quibus hodie sibi mirificè placent nonnulli, qui tamen utinam intra uerba peccarent.

DEFENSIO.

Si statuisset hic homo in ea ipsa quæ hic tractat Pauli præcepta, de industria peccare, uix quicquam posset ad eam rem accommodatius facere, quàm quod hic facit. Præcipit enim Paulus Timotheo, ut ab inanibus concertationibus & dissidiis

DEFENSIO.

131

disidijs, eius quæ falso scientia nominatur, absti-
 neat: quam profitentes quidam, à fide aberrar-
 rint. Ergo hic non iusta certè occasione in me ob-
 uoces nescio quas inaniter inuehitur. Quod quæ-
 so quid est aliud quàm *κνωφωνία* & disidèdi stu *κνωφωνία*
 dium, eius quæ falso nominatur scientiæ? Nam si
 ueram scientiam haberet, illud certè sciret: Scien-
 tia inflat, charitas alijs prodest.

Quid quòd eadem facit ipsemet, quæ in me re-
 prendit? Non ne enim dixit pro Mediatore In-
 ternuncium, pro Apostolo Legatum? Quæso quid
 sunt hæc aliud, quàm *κνωφωνία* & *λογωμαχία*?
 Scilicet sollicitus est Paulus, utrum Græco baptis-
 mum, an Latino uocabulo lotionem dicamus. Des-
 sinamus Paulum ex nostro ingenio existimare:
 & dum de re cõstet, in uerbis simus faciles: ne ue-
 fidei rem, propter fidei uocabulum amittamus.

REPREHENSIO 2. TIM. 1.

Σωφροσύνην quidam frugalitatem con-
 uertit: admodum ineptè, ut mihi uidetur.

DEFENSIO.

Ineptus ergo Cicero, qui ita uertit. Adscribam *σωφροσύνην*
 autem locum, quoniam is eleganter declarat hanc
 uirtutè, is est Tuscul. 3. Verisimile etiam illud est,
 inquit, qui sit temperans, quem Græci *σωφρονία*
 i 2 appel-

appellant: eamq; uirtutem σωφροσύνην uocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam. Sed haud scio an rectè ea uirtus frugalitas appellari possit. Et paulo post: Frugalitas, ut opinor, à fruge, qua nihil melius è terra oritur. Idem pro Deiotaro: Ego frugalitatem, id est modestiam & temperantiam, uirtutem esse maximam iudico.

REPREHENSIO 2. TIM. 2.

ἑυβουλίῃ quidam industriam ineptè conuertit.

DEFENSIO.

οὐκ ἔστιν Iudicent Grammatici. Dixit quidem Cæsar: Castra à cohortibus industriè defendebantur. quod rectè dixeris σωβειότης.

REPREHENSIO 2. TIM. 4.

Agnoscat etiam blasphemiam suam bonus ille uir, quem non ita pridem scribere non puduit, Paulum recòditiorem aliquam doctrinam habuisse, quam non scripserit: & solos quosdam perfectos docuerit, neq; uerbum decidendis religionis controuersijs sufficere, quocunq; modo explicetur: sed ampliorem aliquam reue-

reuelationem expectandam. Diximus
 aurem *scilicet* *de* *apostolis* Matth. 21. b 16. quem
 bonus ille uir Compositum duntaxat cō
 uertit: id est nimirum, ad perfectam illam
 sapientiam audiendam accommodatū,
 cuius ueluti elementa complectantur
 quæcunque ab ipso etiam Paulo scripta
 sunt. O' bonitatem & modestiam om
 nium execratione dignam.

DEFENSIO.

Partim iniuste me reprehēdit: partim falsa scri
 bit. Quod scribit de recōditiore doctrina, ea Pau
 li, non mea sententia est: qua de re scripsi super 1.
 Cor. 2. ubi ostendi, lac uocari rudimenta: solidum
 uerò cibum, perfectiorem doctrinam. Neq; uerò
 solus ego in ea sum sententia: sed & alij, & Eras
 mus, quem in Paraphrasi eò deduxit tenor oratio
 nis Pauli. Sed iste aliam esse mentem Pauli putat.
 itaq; uideamus, quomodo eam explicet. Scribit 1.
 Cor. 3. 1. hæc uerba: Est autem pastoris munus, se
 se ad eorum captum accommodare, quos alendos
 suscepit: ita tamē, ut pro lacte nunquā porrigat ue
 nenū. Lac enim & solidus cibus re quidem eadem
 sunt: sed tradendi modo & forma differunt. Item
 ad Heb. 1. 1. hæc uerba scribit: Quinq; capita cate
 chismi numerat (uidelicet author) nempe profes
 sionem

Aduersarij
 sententia.

tionem emendationis uitæ: fidei summam de Deo: doctrinæ explicationem compendiarium, quæ in baptisimis & impositione manuum tradi, rudibus præsertim solebat: caput resurrectionis mortuorum, & futuri iudicij. Tradebantur ergo ista catechismi initiò breuibus & paucis, tanquam præcipua religionis nostræ capita, uti sanè sunt. Sed accedebat postea Scripturarum luculenta tractatio, cum quotidianis exhortationibus. denique eadem quidem illa, sed multis arcanis copiosius explicatis tradebantur.

Hæc sunt uerba tua, homo: hæc est quam nobis affers Pauli sententiam: meam uerò, ut impiam repudias, meq; blasphemiam meam iubes agnoscere. Ego uerò, si me blasphemiam conuiceris, agam pœnitentiam. Sed si tantum Blasphemauit dixeris, neq; blasphemiam demonstraueris, non debetis indignari si protinus blasphemiam non agnovero. aut si infirmis, ne dicam falsis argumentis eam demonstrare conatus fueris: non debetis agere ferre, si ista, à te accusatus, refutauero, teq; firmiora & ueriora proferre iussero. cogit enim me tua accusatio. Itaq; si placet, rem perpendamus.

Lac & solidus
cibus an
re fiat eadē.

Dicis, lac & solidum cibum re eadem esse, sed tradendi modo & forma differre. Sed quibus rationibus

tionibus id ostendis? Nullis. Vis igitur ut tibi rem tam incredibilem tantum affirmanti credamus? Quæro enim, unde nam istud discere potuisti? à natura ne, an à Paulo, qui ista utitur similitudine? Si à natura dices, refellent te uel ipsæ ouiculæ, quæ agnos suos lacte pascunt. eosdem paulo iam adultiores ad fœnum relegant, cibum certè non tradendi modo, sed reuera alium. Sin à Paulo, feceris eum imperitissimū, qui res tam dissimiles assimilauerit, idq; ineptissimè. Nam si ea est Pauli sententia quæ tu tradis, oportebit eius uerba sic accipere. Lac uobis bibendum dedi, non cibum: hoc est, Tradidi uobis breuibus et paucis præcipua religionis nostræ capita: sed Scripturas luculentius tractare non potui, cum quotidianis exhortationibus, propterea quod eratis (sicut & adhuc estis) carnales, hoc est *νεόφυτοι*. sic enim tu interpretaris. An non uides ineptias? an non uides te contra docere quam ipsemet facere soles? Cum enim doces scholasticos tuos, non ne rudioribus omnia copiosius explicatiusq; tradis? proecliores contra paucis uerbis summatim doces? Nam dictum sapienti sat est: indoctiori omnia sunt inculcanda, iteranda, explicanda, fuse, late, copiose, mille modis enucleanda. idq; uos in uestris commentarijs & concionibus

136 SEB. CASTELLIONIS
facere soletis. Est enim uobis notum illud dictum
Breuis esse laboro, Obscurus fio.

Carnales qui dicantur.
Deinde quòd à Paulo carnales hoc loco nouitios dici putas, cur nõ potius ipsius Pauli interpretationem sequeris, qui disertis uerbis carnales à se dici interpretatur, propter æmulationes, lites, & dissidia? quæ uitia certè non minus in ueteres discipulos cadunt, quàm in nouitios. Ne quid interim dicam, quòd quos hìc Paulus obiurgat, non erant nouitij, sed tales ut eis meritò dici illud posset: Cũ per tempus magistri esse debeatis, rursus docendi estis quæ prima diuinorum oraculorum elementa sint, quales item Galatæ, quos Paulus iterum paraturiebat.

Hebr. 5.
Hebr. 6. Iam uerò illa uerba ad Hebræos, Omissio rudimentorum Christi sermone, ad perfectionem tendamus: quomodo interpretabere? nimirum sic: Omissio docendi compendio, doceamus copiosius. Sed quid ineptius, quàm uerborum copiam uocare perfectionem? an non aptius perfectionem uocaueris, compendium docendi: quando quidem compendio docentur peritiores. Deinde quid facies Melchisede cho, à quo sumpsit author occasionem loquendi de perfectione? aut quo pacto cohererebunt quæ antè & post dixit? Postremò quæ tute scribis

bis de multis arcanis copiosius explicatis, quæro
 quæ nam uoces arcana? Nam si arcana uocas,
 quinq; illa capita catechismi à te enumerata, & ea
 hic perfectionem appellari putas, dissentis ab au-
 tore, quippe qui illis à tergo relictis, loquatur dein-
 cept de alijs, neq; iterum fundamentum idem iaciat
 neq; compendiosè neq; copiosè: sed res non modò
 tradendi, sed re ipsa planè alias tractet. Sin ar-
 cana uocas ea quæ de Melchisede cho tradit, &
 huius generis ardua illa, quæ in cap. 7. aggredi-
 tur, ego uicero, neq; enim profectò illa traduntur,
 neq; tradi possunt inter rudimenta. Neq; ego te tã
 imperitum esse puto, ut illa nouitijs protinus tra-
 denda putes, siue id breuibus, siue copiosè fiat. Ita-
 que quocunq; te uertas, fatendum est, lac & soli-
 dum cibum reuera esse diuersa: & me immeritò à
 te blasphemix accusari, quòd sic sentiam. Quòd si
 quis eadem mensura tibi remetiretur, teq; bis bla-
 sphemum appellaret, primum quòd ipse malè sen-
 tias, deinde quòd bene sentientem accuses blasphe-
 miæ, faceret ille quidem durius quàm ego mihi fa-
 ciendum esse decreui: sed tibi certè iusta causa fo-
 ret cur uocem emitteres Adonibezei.

Et quoniam in hunc ad Hebræos locum incidi,
 qui & difficilis est, & magni momèti, & in quem

impingunt multi, maxime propter ea quæ scribit de ijs quibus relapsis non est regressus: dicam quid mihi uideatur, ad sit ueri cupidus lector, & qui sensus habeat ad solidum cibum exercitatos: cognoscat, ut spero, quæ nam sit in hoc loco mens authoris, uidebitq; omnia inter sese aptissime coherere. Incipiam autem à fine quinti capitis, & authoris uerba *τοῦ πρώτου βιβλίου* explicabo.

Explicatio
loci ad He-
bræos, de ijs
qui relapsi
resurgere ne-
queunt.

I E S U S (inquit) didicit in rebus aduersis obedientiam, atq; hac ratione perfectionem adeptus est. itaq; omnibus qui ei obediunt, salutem peperit æternam: sicut ipse patri obediendo, pontificatum adeptus est æternum, ad rationem Melchisedechi. Oportet enim nos, ut cum eo regnemus, cum eo prius aduersa pati, obedientiam discere: atq; ita à morte cum eo liberatos, salutem æternam adipisci. Iam uerò de Melchisedecho, cuius mentionem feci, habeo multa quæ dicam, sed explicatu apud uos difficilia: quippe quæ pertineant ad perfectionem, à qua uos adhuc longè abestis, segnes auditores, & ad perfecta intelligenda tardiores: quæ sanè uestra culpa est. Nam alioquin satis iam diu est, cum Christum didicistis: potuissetisq; nisi segniores fuissetis, tanto tempore fieri aliorum etiam magistri. At nunc contra fit, ut sitis adhuc rudimenta docendi,

docendi, & uelut infantes lacte rudimentorum,
non solido perfectionis doctrinae cibo pascendi.
Quisquis enim adhuc ita imperitus est, ut sit ei in
hoc rudimentorum lacte uersandum, is est adhuc
in re Christiana infans, neque capax est orationis
quae habenda est de iusticia: hoc est, de illa quam
dixi Christi eiusque imitatorum perfecta obedien-
tia, quae solidus cibus est, solis adultis ac commo-
dus, quorum animi sensus adulti sunt, quidque uerè bo-
num & solidum, quidque uerè malum & perituum
sit percipiunt. Quapropter omissis Christianita-
tis rudimentis, tendamus ad illam de qua dixi per-
fectam obedientiam atque iusticiam. Voco autem
rudimenta primò, correctionem mortuorum ope-
rum: hoc est uitae correctionem, quam inter initia
& Iohannes & Iesus docuerunt: Pœnitentiam a-
gite. Item, In Deum credere: nam & hoc principio
docetur. Item, doctrinam quae rudibus principio
traditur: sicut sutoribus & cæteris opificibus ar-
tis præcepta initio traduntur, quibus postea iam
magistri facti nihil indigent. Item, lotiones, & ma-
nuum impositiones, & doctrinam de futura mor-
tuorum resurrectione, & æterno iudicio, quo mali
pœnis addicentur, boni mercedem accipient. Hæc
enim sunt fundamenta religionis Christianae, quib.
semel

semel iactis pergendum est ad perfectiora: sicut in
 ædificatio iactis semel fundamentis, superstruendum
 est. Nam qui semper in fundamentis hæret, is non
 quam ædificio summam imponit manum. Exempli
 gratia, qui Christianæ religioni initiatus est, is si
 erat ebriosus, factus est sobrius: si auarus, libera-
 lis: si mædax, uerax. Non est igitur quod in illo cor-
 rectionis fundamento deinceps hæreat, quasi ad-
 huc sit ebriosus, auarus, inuidus, &c. nã tales qui
 Gal. 5. sunt, ij regnũ Dei non obtinebunt. Sed cum illa in-
 tia iam dediderit, illis à tergo relictis, intendat se
 ad anteriora. Idem dico de credendo in Deum.
 Quid est enim opus ut perpetuò doceatur in Deum
 credere, qui iam diu credit? non profectò magis,
 quam Esaiæ tempore opus erat ut Iudæi perpetuò
 docerentur Mosi credere, cum iam constanter cre-
 derent. Idem dico de cæteris quæ commemorauimus,
 quæ qui semel cognouit & præstitit, huic ad ea
 quæ restant progrediendum est. Atq; id facies-
 mus, si Deus author omnis boni permiserit. Cur
 autẽ sic pergendum esse doceam, & non rudimen-
 tis immorandum, causa est hæc. Qui semel collu-
 strati sunt diuina luce, Deiq; munere tenebrarum
 operibus, hoc est uitij renunciarunt, & Spiritum
 sanctum adepti sunt, & diuina oracula, æuiq; futu-
 ri uirtu-

ri uirtutes, hoc est iusticiam charitatemq; quæ in
 aterna illa uita uigebit, gustarunt, sed nondū per-
 fectè consecuti sunt, ij in eodem statu permanere
 non possunt, quin aut progredi aut retrogredi ne-
 cesse habent. Quemadmodum natus puer semper
 puer esse non potest: quin aut adolescat, aut moria-
 tur necesse est. Igitur nisi progrediatur, hoc est, ni-
 si deposito omni fastu, ambitiosoq; peccato, patien-
 ter decurrant propositum sibi certamē, sed semper Hebr. 12.
 in iisdem elementis hærentes, semper discant, fieri
 non potest quin decrescāt, & ad pristina uitia rela-
 bantur, iterumq; fiant ebriosi, auari, mendaces,
 &c. Nā in Christo non crescere, decrescere est:
 & qui cum eo non colligit, dissipat: & qui heri sui
 pecuniam nō sceneratur, is ea priuatur: & qui se-
 mel liberatus ab immūdo spiritu, tamen eidem por-
 stea domum suam uerit atq; parat, is & eundem
 iterum, & insuper septem alios deteriores admit-
 tit, sitq; eius cōditio posterior priore deterior, atq;
 ita peccatis obruitur, ut nunquam postea uitæ cor-
 rectione possit renouari. & merito. Quemadmo-
 dum enim Christus non bis, sed semel tantum re-
 surrexit: ita & Christiani non bis, sed semel resur-
 runt à tenebrarum operibus, hoc est renunciant
 peccatis, Quòd si postquam semel renunciarunt,
in eadem

142 SEB. CASTELLIONIS
in eadem relabuntur, ueritatem, qui Christus est,
iterum in seipsis necant. & quia Christus non
moritur iterum, nec ulla post Christum superest
hostia pro peccatis, pereundum illis est in sempi-
ternum: sicut ei qui unica medicina sanatus, in
morbum uolens relabitur, cum nulla iam medici-
na supersit. suntq; ut arbores autumnales, bis mor-
tuae. acciduntq; eis quod malae terrae, quae postquam
bene culta non segetem, sed sentes parit, exurit
ad extremum ab agricola. Sic illi, postquam bene
docti, non recte, sed prauè factorum fructum fe-
runt, irritant ad supplicium Deum. Haecenus
paraphrasis.

Est autem animaduertendum, quod dicit, Si re-
labuntur. & in cap. 10. eadem de re: Si postquam
ueri cognitione affecuti sumus, data opera pecca-
mus: eum non loqui de una aliqua actione uitiosa,
ut si quis Christianus aliquando mentiatur, aut
inebrietur, sit ei desperandum. Alioquin esset Pau-
lo contrarius, qui docet, si quis aliquo delicto anti-
cipatus fuerit, eum esse reficiendum. quod profe-
cto non iuberet fieri, si de omnibus Christianis
peccantibus esset desperandum. Sicut enim fit in-
terdum, ut homini alioquin perspicaci oboriatur
aliquo casu caligo ad horam, neque tamen fiat
caecus:

cæcus: (quod idem dico de reliquis sensibus) ita
 fit interdum aliquo casu, ut homo uerè pius aliquid
 uitiosum committat, neque tamen fiat impius: hoc
 est, ut ebrius fiat (ut hoc exemplum adducam)
 neque tamen fiat ebriosus. Loquitur igitur, ut di-
 xi, non de aliqua uitiosa actione, sed de uitioso ha-
 bitu, à quo semel liberatus per Christum homo,
 si in eundem uolens relabatur, peccet (ut dicit
 Iohannes) ad mortem, neq; pro eo sit orandum.
 Utinam hæc considerent, qui in Christo non dant
 operam ut crescant, neque ad metam contendunt.

Dixi super hoc loco meam sententiam: & ea
 dixi, quæ si quis adultus ritè considerauerit, ui-
 debit, nisi fallor, aptissimè inter sese coherere,
 & tum huic tum cæteris sacris authoribus con-
 gruere. Tamen si quis ea uerè refutauerit, pa-
 ratus sum cedere.

Quod deinde & hic & 2. Petri 3. 16. de
 uerbo & reuelatione scribit, non uerè scribit:
 nam ego nihil tale scripsi. Illud scripsi, con-
 trouersias de religione non posse absente charita-
 te componi: quod dictum quam uerum sit, osten-
 dunt in primis nostri huius, in quo refrixit chari-
 tas, seculi pertinacissima dissidia. Deinde quæ-
 ro, quid Verbum appellet, Nam si Verbū appellat
 Scripturam,

Controuer-
 sias absque
 charitate nō
 posse com-
 poni.

Scriptura u-
tilis, non suf-
ficiens.

Scripturam, mallet ut scripturam, cum Paulo scri-
pturam hoc quidem loco appellaret, ne me uerbi
inuidia in ambiguitate grauaret: simulq; respōdeo,
eum à Paulo & ueritate dissentire. Scripturam e-
nim non dicit Paulus sufficientem esse, sed utilem.
Nam si sufficiens esset, potuisset ex ea Timotheus,
in ea à pueris exercitatus, absq; uiua docentis uo-
ce Christum discere. Quod idem dico & de
Paulo, antequam Christum cognouisset: & de Iu-
dæis, qui sacrarum literarū & tunc erant, & ho-
die sunt scientissimi. Enimuerò litera interficit: &
Christi spiritu opus est, qui suis mentes aperiat ad
litteras intelligendas. Ac ne longè exempla petan-
tur, quæro qui fiat, ut hic ipse accusator meus, cū
non solum habeat, sed etiam interpretetur, & pe-
nè syllabatim examinet Scripturas, tamen toties
tam grauius hallucinetur: & quidem non solum
in rebus arduis, sed etiam in ipsis uerbis, quemad-
modum hactenus iam toties ostendimus. Quæ-
so si literæ satis sunt, cur ei non satis sunt, homini
uel in primis literato? Quod si etiam in uerbis
(quæ uel impij possunt intelligere) tamen præ car-
pendi cupiditate labitur: quid dicemus de rebus
spiritualibus, quæ ijs solis uerè notæ sunt, qui Dei
spiritu præditi sunt? Sin autem uerbum intelligit
æternum

æternum illum Dei sermonē, quem Ieremias maleum uocat findentem petras: facit mihi iniuriam. Absit enim, ut sermonem illum ego omnipotentem esse negauerim.

Verbum Dei
omnipotēs.

Quod scribit *ἡ ἀπίστος*, legantur quæ nos scripsimus in Annotationibus Lucæ 6. super uerbo *καταστρωμαδιον*, quod quidem respondet Hebræo *בנין*, quod est condere, componere, parare, aptare, firmare. Quin ipsemet annotat Heb. 11. uers. 21. *καταστρωματισται*, aptos & idoneos reddere.

REPREHENSIO HEBR. 3. SV

per uerbis: At Christus ut filius, est eius domui præpositus.

Erasmus (cuius uestigia quidam alter sequutus est, sed errore duplicato) præterea in eo aberrauit ab Apostoli scopo, quòd uertit *αὐτῷ* ipsius, quum emendati codices legant *αὐτῶν*: & quomodo cunque legas, dicendum sit omnino filius domui suæ, non alienæ, præfuisse. Nam ut cæteras causas omittā, quòd referes relatiuum *αὐτῷ* ipsius? num ad proximum, id est ad Mosem? id uerò nimis esset absurdum. Num ad Deum? Atqui is ipse filius Deus est architectus.

Filius domui
Dei præfe-
ctus.

Filium esse architectum, fateor. sed quia nomi-
ne patris domum architectatus est (sicuti cap. 1.
dicitur pater per eum fecisse mundum) dicitur do-
mus patris, cui præsit filius: sicut ipsemet filius eum
uocat, dum dicit: In domo patris mei multæ sunt
mansiones. & in cap. 10. dicitur Dei domui præ-
fectus. Apparet hoc primum ex illis uerbis: Hic
tanto maiore quàm Moses gloria affectus est. Lo-
quitur enim de filio, qui honorem hunc (uidelicet
quòd domum ipsemet construxit, eiq; præest) con-
sequutus est à patre: id quod non quadraret, si ipse
suo, non patris nomine domum construxisset.
Deinde ex Christi cum Mose collatione, quòd u-
terq; cum domo Dei negocium habeat: sed Moses
ut famulus, Christus ut filius, hoc pacto:

Moses	} domus Dei	{	administer, ut famulus
Christus			præfectus, ut filius.

Sic & Chrysostomus interpretatur. Hoc di-
non uidet iste, & in me duplicatum post Erasimū
errorem quærit, ipsemet seipsum triplici errore im-
plicat. Primum, quòd in hac collatione patrem
excludit: cum tamen in hac tota Apostoli disputa-
tione à patre pendeant omnia, sicuti principio sta-
tum est.

tim capitis apparet. Deinde, quòd filiũ non satis aptè ad hoc argumentum facit domui suæ præesse. Præesse enim hoc loco dicitur is, qui ab altero præfectus est, quemadmodũ principio capitis legatus & pontifex dicitur Christus à patre cõstitutus, ut quòd illic legatus, idẽ sit hic præfectus. Et ipse me Luc. 1. reprehendit, quòd ex salutis autore fecerim procuratorem: quam reprehensionem & illic refutavi, & hic in ipsum retorquere possem, qui præfectum & dominũ domus eundem faciat. Postremo, quòd hoc loco non filius, sed dominus propriè dici deberet, si suæ, nõ patris domui præesse diceretur.

REPREHENSIO HEB. 3.

Quidam ea libertate usus qua in ple-
risque alijs, totum hunc locum sic con-
uertit: Etenim Christi consortes facti su-
mus, si modò hoc argumentum ab initio
ad finem usque firmum tenemus, in quo
dicitur, &c. Hoc uerò an nõ est summam
& sacrilegam etiam audaciam ad uerbũ
Domini interpretandum afferre?

DEFENSIO.

Ἡ ἀποστολικὴ ἐπιτομή quid sentiam, scripsi in An-
notat. in hanc epistolam cap. 11. Hic autem Apo-
stoli

stoli sententiam sic simpliciter intelligo, Christi
 consortes facti sumus, si modò ad finem usq; perse-
 ueramus: quemadmodum faciendum esse, monet
 nos hoc argumentum, & hæc quam tractamus hi-
 storia, in qua demonstratur, maiores nostros, quia
 non crediderint, neq; perseuerauerint, non intras-
 se in quietem Domini. In hac interpretatione
 nullam esse sacrilegam audaciam, intelliget qui &
 sancti & docti erunt. Ipse potius uiderit ut suas
 tot unius uerbi interpretationes tueri possit, qui 2.
 in *πίσκω*. Cor. 9. & 11. *ἡδὸς αὐτοῦ* & *καυχῆσθε* uertit
 presidentem gloriationem: & Hebr. 1. *ἡδὸς αὐ-*
τοῦ personam: & 3. *τὸ ἀρχαῖον* & *ἡδὸς αὐτοῦ*,
 primordium illud quo sustentamur: & 11. *ἐλπίσθε*
ἡδὸς αὐτοῦ, id quod facit ut extent qua
 sperantur.

Quòd deinde cap. 4. super *τῆ πίσει τοῦ ἀ-*
κὸς αὐτοῦ, pro *τῆ ἀκὸς αὐτοῦ* carpit, uide Annot-
 tationē nostrā. Germanica quidē uersio à me est.

CONFESSIO.

Cap. 9. meritò me reprehendit, qui *δομῆ* *ἱε-*
ρατοῦ uerterim aram suffitius. Itaq; corrigo, & uer-
 to thuribulum.

REPREEN. HEBR. 9.
Διηκὸς μῆστι σαγνὸς quidam conuertit, Insti-
 cutis

DEFENSIO.

149

tutis humanis: non modò falsa & inepta,
sed etiam periculosa interpretatione.

DEFENSIO.

Falsam & ineptam esse non uideo, si quis modò
intelligat quid humanum ego uocem. Sed pericu-
losam esse fateor: itaq; muto, uertòq; Carnalibus
instituitis. Quanquam si quis uolet esse morosior,
non minus in nomen Carnalibus impinget, quàm
in Humanis.

REPREHENS. HEBR. 11.

Quidam *ὑπόταξις* subiectionem inter-
pretatus est: quàm rectè, ipse uiderit. cer-
tè nimium ambiguè.

DEFENSIO.

Rectè me interpretatum esse, uel ipso iudice
conuincam: qui uertit in eandem sententiam, nisi
quòd uerbis alijs. Quod ad ambiguitatem attinet,
eam, si qua est, sustuli Annotatione mea. Quan-
quam si quis Latine sciat, non est hoc magis ambi-
guum, quàm illud Ciceronis 3. de Orat. Rerumq;
quasi gerantur penè sub aspectum subiectio.

CONFESSIO HEBR. 11.

Verba illa, Iosephi uirgæ caput ueneratus est,

k 3

rectè

150 SEB. CASTELLIONIS
rectè reprehendit. itaq; sic muto: Et in caput baculi sui sese uenerabundus inclinauit.

REPREHENSIO super uerbis: Praclarum uerò est gratiarum actione firmari animum, non cibus.

Ex una specie, id est mundorum & immundorum discrimine, *ouendo* intellico omnem illum ceremonialem cultum, qui quidem gratiæ, id est spirituali cultui & regenerationi opponitur. Itaque perabsurdè mihi uidetur quidam *χόρη* interpretatus, gratiarum actione.

DEFENSIO.

Primum non loquitur Apostolus de cibus mundis, aut immundis. reprehendit enim eos qui, cibus ita uescebantur, ut se cibus adiuuari, aut animum suum firmari putarent. Atqui mundis cibus non uescebantur Iudæi, ut animo firmarentur: non enim habebant pro cultu Dei, uesci mundo cibo. Sed loquitur de cibus sacrificialibus (ut apparet ex sequentibus) quibus qui uescebantur, putabant se in eo cultum præstare Deo. Huic cultui Apostolus spirituale cultum opponit, uidelicet laudes & gratiarum actionem, quem quidem cultum bis nominat, sed diuersis (ut fit) nominibus. Primum enim

nim nominat in propositione $\chi\acute{\alpha}\epsilon\upsilon$. Deinde re demonstrata, uocat in conclusione (solent autem in conclusione eadē poni, quæ posita fuerunt in propositione) sacrificium laudationis, dicēs: Per eum igitur libemus assiduum laudationis sacrificium Deo. $\chi\acute{\alpha}\epsilon\upsilon$ autem pro gratiarum actione dici, facile est ostendere. $\tau\omega\ \delta\epsilon\omega\ \chi\acute{\alpha}\epsilon\iota\varsigma$, inquit Paulus 1. Corin. 15. $\tau\omega\ \delta\iota\delta\omicron\upsilon\tau\iota\ \acute{\alpha}\delta\omicron\upsilon\tau\iota\ \upsilon\iota\kappa\theta$, Deo gratia, hoc est, Deo gratias agimus, qui nobis uictoriam det. $\epsilon\tau\ \upsilon\iota\ \chi\acute{\alpha}\epsilon\iota\tau\iota\ \acute{\alpha}\delta\omicron\upsilon\tau\iota\varsigma$, Coloss. 3.

$\chi\acute{\alpha}\epsilon\iota\varsigma$ pro gratiarum actione.

Quod uerò iste $\chi\acute{\alpha}\epsilon\upsilon$ uocat spirituales cultū, quomodo cum uerbo $\chi\acute{\alpha}\epsilon\iota\varsigma$ conueniat, uidere nequeo. Et quod eodem $\chi\acute{\alpha}\epsilon\iota\tau\theta$ nomine spirituales cultum $\epsilon\tau$ regenerationem uult cōprehendi, nimium dissidentia nomina copulat. $\chi\acute{\alpha}\epsilon\iota\varsigma$ enim hoc loco nomen est actionis, uel ipso interprete, qui cultum appellet, uidelicet quo colunt homines Deum. At regeneratio nomen est passionis, uidelicet qua homines regenerantur à Deo. de qua regeneratione hoc loco non loquitur author. At qui idem $\chi\acute{\alpha}\epsilon\iota\tau\theta$ nomen hoc loco non potest $\epsilon\tau$ actiue $\epsilon\tau$ passiue dictum esse.

REPREEN. 1. PET. 2.

Nonnulli conati sunt huius loci testimonium illudere noua quadam eclipsi,

perinde nimirum ac si scriptum esset, *ἀπεθῆντες εἰς ἐνείνο εἰς ὃ ἐτέθουσαν*. Sic enim uertit Erasmus: Neq; credunt in id ad quod instituti fuerant. Atqui non est scriptū *ἀπεθῆντες*, sed *ἀπεθῆντες*: & utrouis modo legas, absurda fuerit ista constructio. neque *ἐτέθουσαν* significare potest, Instituti fuerant. Itaq; nouus quidam interpres maluit conuertere, Ei diffidētes ad quod erant destinati, quam interpretationem prorsus reijcio. Primū enim ostendimus, eam causam quæ istos adduxit ut hūc locum uellent emollire, nempe ne Deum uiderentur crudelem facere, nullius esse momenti: quasi uidelicet corruiura sit Dei iusticia, nisi nostro patrocinio fulciatur: aut quasi nimium durè & improprie locutus sit Spiritus sanctus. Deinde hoc dico, Petrum non loqui de Iudæis in genere, &c. Tertia ratio hæc est, non modo nouam & insolentem esse hanc eclipsum, sed etiam absurdum sensum gignere. Nam si de Christo, si de Euangelio, si de fide exponas, quid illud erit, positum esse ad Christum, ad Euangelium, ad fidē? Sin uerò de salute interpretēris, quid significabit, morem non gerere saluti ad quam

quam conditus fueris? Et quæso quis nõ
 uidet Petrũ planius ac magis perspicuè
 fuisse scripturum, si quippiam eiusmodi
 significare uoluisset? sicut infra 3. a 1. τὸν λό-
 γον expresse. Præterea particula καὶ ad-
 iuncta, & quod mox subiicit, Vos autem
 genus electum, non ne manifestam anti-
 thesin ostendit electorum, & eorum qui
 ad contumaciam conditi sunt? sicut cre-
 dentes & immorigeros antè exposuerat.
 Quintò, quid illic fiet, ubi nullus locus
 est eiusmodi eclipsi? ueluti 1. Thess. 5. b 9.
 ubi in simili prorsus argumento Paulus
 electos opponens reprobis: Deus, inquit,
 οὐ θέτο ἡμᾶς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτη-
 ρίας. id est, Non condidit nos ad iram, sed
 ad salutis consecutionem. Nam certè si
 nullos Deus ad iram cõdidit, frustra hoc
 dictum erit. Quid uerò Iudas uersu 4. de
 his ipsis loquens, de quibus Petrus, ijs
 scilicet qui Euangelij cursum impedic-
 bant? Subierunt quidã homines, inquit,
 οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τὸ τοῦ κριμα-
 τος, iam olim ad hanc condemnationem de-
 scripti, &c.

DEFENSIO.

De uerbis primum respondebo, deinde de re
 k 5 aliquid

Eclipsis.

aliquid dicam. Primum, quod Eclipsim reprehendit, miror, cum in hoc eodem Petri uersu sit altera huius simillima eclipsis, *πέτρα σκανδαλὸν οὐ πρὸς κόπτεισι*: perinde ac si scriptum esset, *πέτρα σκανδαλὸν ἐκείνοις οὐ πρὸς κόπτεισι*. id quod uel ex ipsius interpretatione liquet, qui sic uertit: Petra offensionis, nempe ijs qui offendunt. Miror inquam. & ualde miror, eum hoc in eodem uersu non uidisse: nec causam uidere possum, nisi quod nimia alios carpendi cupiditate efferri uideatur. Iterum dicam: Vix ipse mihi credo, eum hoc non uidisse, & tamen manifestissimum est. I nunc, & huic crede de rebus occultis & remotis, qui tam aperta, tam ob oculos posita non uideat. Nā ut hoc scias Lector, hac eclipsi nihil est Graecis authoribus familiarius, qua relatiuum uicem orbit duorum, ut 2. Pet. 2. *ὅτι οἱς ἀγνοοῦσι Βλασφῆμοὶ μὲν τῆς*: pro *ὅτι ἐκείνοις ἢ ἀγνοοῦσι*. Tale est illud Platonis in Gorgia: *ἀμειγνοῦν ἐφ' ἐκείνοις ὡς λέγεις*. & paulo post: *ὅδ' ἐν γὰρ ποσειδῶν ὡς Βόλον*. Atq; eandem in hoc Petri loco eclipsim uiderunt interpretes Germani, qui sic uerterunt: Vnd glaubend nit an das, dar zu sy auch geordnet sind. Sed alter etiam apertius, nimirum sine cōiunctione, his uerbis: Vnd glaubend nicht daran, darauff sic

negeset et fund. Iam uerbum *τις* pro con-
dere (sicut ipse interpretatur) nusquam inuenio.
Ipsè si inuenit, afferat exemplum. Quod ad
sententiam attinet, ipse secum manifestè pugnat.
Hic enim dicit, aliquos à Deo ad contumaciam es-
se conditos. At idem ad Rom. 1. 24. Deum autho-
rem esse malorum pernegat. Atqui si creauit ali-
quos ad contumaciam, omnino author est eorum
contumaciæ: quemadmodum si quos creauit ad o-
bedientiam, omnino autor est eorum obedientiæ.
Iam uerò Petri sensus hic non est (ut iste putat)
absurdus, sed aptissimus: nimirum, Ei non obedien-
tes (sic enim uertendum est, ut ipse ritè monet) ad
quod erant destinati. Erant enim destinati ad obe-
diendum sermoni, eratq; hoc Dei de ipsis cõsilium.
Ita fit, ut aptissimè cõueniat hæc sententiæ, cū illa Lu-
cæ 7. de Pharisæis, qui Dei cõsilium (quod de ipsis
seruandis erat) resciderūt. de qua uide supra, quæ
ibi scripsimus. Cætera perpendat, qui potest.

REPREHENSIO 1. PET. 3.

Hunc locum fœdè quidam nuper cor-
rupit, quum sic cum interpretaretur: Cor-
pore necatus, animo in uitam reuocatus.

DEFENSIO.

Hic locus in ultima editione mea sic habet:
Carne

Carne necatus, spiritu in uitam reuocatus. Et in cap. sequenti, super uerbis illis, Nam ideo mortuis quoq; nunciatus est (quæ quidem uerba eadem de re scripta sunt) adscriptum est in margine in omnibus editionibus: Hunc locū non intelligo, ideoq; ad uerbum transtuli. Hinc facile perspici potest, quā ego neminem uoluerim decipere, qui ignorantiam meam ultrò etiam in margine sim professus: tantum abest, ut locum fœdè corruperim.

Aduersarij
sententia.

Iam ipsius sententiā, si placet, nonnihil perpendamus. Postquam multa differuit, sententiā suā explicat his uerbis: Christus, quē dixi uirtute Dei uiuificatum, iam olim in diebus Noe, quum appareret arca, profectus siue adueniens, è cœlo uidelicet, adueniens inquam, non corpore, quod nondū assumpserat, sed ea ipsa uirtute per quā postea resurrexit, prædicauit spiritibus illis, qui nunc in carcere meritas dant pœnas, utpote qui recta monenti Noe, & arcam suam construenti, parère olim recusarint, &c. Idem cap. 4. uers. 6. uerba illa, Nam ideo mortuis quoq; prædicatum est Euangelium, sic explicat: Petrus sui tēporis respectu mortuos uocauit, quibus uiuis prædicatum est Euangelium, uidelicet ante diluuium. Hanc sententiā

Refutatio.

ne approbem, multæ sunt causæ. Prima est Grammatica,

matica, quod uerba illa ἐκείνη ἀπειθήσασι
 omnino sic posita sunt, ut prius inobediuerint (ut
 hoc uerbo utar) quam eis prædicatum fuerit. al-
 loquin dicendum fuisset, ἀπειθετε, aut aliquid a-
 liud. id quod mihi Grammatici facile dabunt. Al-
 tera est, quod τὸν fuisset coniungendum cum ἐ-
 κείνη, non cum ἀπειθήσασι: tamen si nihil a-
 liud esset, hoc posset excusari. Tertia est, quod
 spiritus pro hominibus nimis durè hoc quidem in
 loco dicit, neque enim spiritus erant illi ante dilu-
 uium, sed homines. & ipsemet hoc paulo antè re-
 prehenderat in secunda expositione, his uerbis:
 Cur uiuis hominibus spirituum nomen tribueret?
 &c. Quod si dicet, se sic rem intelligere, Præ-
 dicauit hominibus illis, quorū spiritus nunc in car-
 cere meritas dant pœnas: respondebo, eum ergo sic
 debuisse loqui. Et hoc addam, expositionem hanc
 uideri duram, & fortassis coactam: atq; hic posse
 aliquem (non dicam me, scio enim sacros autores
 sæpe perobscurè loqui) sed posse aliquem in istum
 ipsiusmet uerba retorquere, quæ suprâ in cap. 2.
 posuimus, quæ sic habent: Quis non uidet Petrum
 planius ac magis perspicuè fuisse loquuturum, si
 quippiam eiusmodi significare uoluisset? Multa
 alia dicit, quæ facile possem refellere: sed prolixita-
 tatem

Pugnancia.

tatem refugio. Vnum ad idam, quòd in expositio-
ne secundi loci ipse sibi planè contrarius est. ibi e-
nim docet, Euangelium antediluvianis illis fuisse
prædicatum, ut damnarentur secundum homines
carne: hoc est, ut morerentur peccato, uiuerentq;
secudum Deum spiritu, hoc est integrã sanctamq;
uitam agerent. Atqui idem in cap. 2. (quem locum
suprà posuimus) magno labore & diligentia con-
tus est ostendere, eos qui in Christum suere con-
tumaces, ad eam contumaciam fuisse conditos.

Hoc obiter addam, in quibusdã Latinis Biblijs
hunc Petri locum sic legi: Ut nos offerret Deo,
mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spi-
ritu. In quo & ñs qui in carcere erant, spiritu ue-
niens prædicauit.

REPREHENSIO 2. PET. 2.

Quidam hoc connectunt cum *ἀποπρί-
ας*, & pro *ἀναστραύσας* legunt *ἀναστραύσας*.
quod Græcis nonnullis placuisse appa-
ret ex Scholiaste, ut & illi qui hūc locum
conuertit his uerbis: Oculos habètes de-
generis perpetuiq; peccati plenos. Sed
præterquã quòd Græca exemplaria sum-
mo cōsensu legunt *ἀναστραύσας*, nusquã in-
uenio illud epithetò peccato attributū.

DEFEN:

DEFENSIO.

Imò uerò Colinaei exemplar habet ἀνετάπειστος ἀνεταπειστος, sicut ego in Annotatione mea annotaui: & uetus interpres ita legit, qui uerterit, Incessabilis peccati. Quod uerò dicit, se nusquam inuenire illud epitheton peccato tributum, ualde frigidū est. nam & ego eodē iure dicere possum, me nusquam inuenire id oculis tributum. Hoc addam, ἀνετάπειστος, & huius generis uerbalia nomina passim dici, quæ significatio peccato aptissime conuenit, non oculis.

REPREHENS. 1. IOHAN. 2.

Qui seruat sermonem eius, uerè in hoc charitas Dei expleta est, τετελείωται. Vulg. & Erasmus, Perfecta est. Atqui, ut mihi uidetur, non quæritur hoc loco quis perfecte Deum diligat, sed quis nam uerè illū diligat, &c. Et paulo pòst: Sed hoc quoque notandum est, Iohannem non scripsisse, ἵνα ἡμεῖς ἀγάπην τῷ θεῷ ἐτελείωσιν, Hic uerè charitatem Dei præstitit: neq; τὸ πῶς ἀγάπην τῷ θεῷ τετελείωται, Charitas Dei ab isto præstita est: minimè id quidem, quasi stipites simus, aut trūci: sed quia Deus is est, qui pro gratuita sua beneuolentia efficit in nobis ut uelimus & possimus. Hoc neglexis

neglexit ille, qui hunc locū ita conuertit: Qui uerò eius dictis paret, is uerè Dei amore perfectò præditus est, in qua interpretatione quàm multa sint manifesta errata, licet intelligere ex ijs quæ attingimus.

DEFENSIO.

Primum uim facit uerbo τελεῖω, neque enim id significat explere aut præstare, sed perficere. Deinde quòd dicit scriptum esse τετελείω, quia Deus id efficiat: hoc nihil ad rē pertinet, nam & obedientiam Deus efficit in nobis: & tamen dixit Apostolus in eadem sententia actiuo uerbo, ὁς ἔργα τῶν αὐτῶν τοῦ λόγου. Est enim locutio Hebræis usitatissima, cum actiuo uerbo pro habere, & passiuo pro esse utuntur: qua de re nōnihil scripsimus Matt. 23. Talia sunt illa: Quid multiplicati sunt qui tribulant me? hoc est, quàm multi sunt? Psal. 3. Multiplicabo ærumnas tuas: hoc est, faciam ut habeas multas ærumnas: Gen. 3. ἐματῶν τῶν αἰώνων ὑπὲρ τοῖς ἁμαρτησμοῖς, pro ματῶν ἡσῶν: Rom. 11. Sic hoc loco ἀγάπη τετελείω, pro τέλειος ἔστι. Atq; ita transtulerunt hunc locum Germani: Inn solchen ist warlich die liebe Gottes vollkommen. Neg; uerò est quòd quisquam ab hac locutione abhorreat, quasi non possit perfectus amor appellari,

pellari, eius qui Dei præceptis pareat. Tantum intelligendum est quid hoc loco perfectum appellatur. Perfectum enim duobus modis dici solet. Vno modo perfectum dicitur, quod omnibus numeris sic absolutum est, ut nihil addi possit. Hoc modo non est hic amor perfectus, de quo loquitur Iohannes: alioquin crescere non posset. Alio modo dicitur perfectum, quod uerum, rectum, sincerum est, ita ut merito reprehendere nequeas, quamuis augeri possit. Hoc pacto perfecti uocantur opifices, qui eo usque progressi sunt, ut eorum opera merito approbentur. Tales sunt qui Gallicè dicuntur *maîtres passez*, Germanicè *meister*: quo uocabulo significatur quædam perfectio, qui tamē indies euadunt perfectiores. Est enim perfectum, perfectius, & perfectissimum: quod si non esset, hæc nomina perfectius & perfectissimum nullum usquam locum haberent. Sic loquuntur authores tum sacri, tum profani. Christus iubet nos perfectos esse, sicut pater cœlestis perfectus est. Atqui perfectissimam illam Dei perfectionem assequi nemo potest. Sed qui diligit inimicos suos, & maleuolis bene uult, & maleficis benefacit, & se detestantibus bene optat & precatur, sicut faciendum esse docet ibi Christus: is certè perfectus est, ut ho-

Perfecti duplex notio.

mo: quemadmodum Deus perfectus est, ut Deus.
 Quod si quis negat, is Dei opera reprehendit: est
 enim illa Christiani hominis natura, opus Dei,
 quamuis nondum ad ultimam perfectionem perdu-
 ctum: sed certè tale, ut si non perfectissimū, at cer-
 tè in suo genere perfectum merito dici possit. Pau-
 lus ipse utriusq; perfectionis documentum nobis
 manifestè præbet ad Philippen. 3. ubi sic loquitur:
 Non quia iam consecutus sum, aut iam perfectus:
 sed persequor ut comprehendam. Hic uides eum
 nondum fuisse perfectum: loquitur enim de mor-
 tuorum resurrectione, hoc est, de perfecta & om-
 nibus numeris absoluta iusticia, quam qui erit ade-
 ptus, crescendi finem faciet. At idem paulo post
 dicit: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.
 Hic uides eum esse perfectum, sed posteriore
 illa perfectione, in quam cadit incrementum.
 Profani quoq; authores de perfectione aliter atq;
 aliter loquuntur. Cicero in libris de Oratore, desi-
 derat oratorem perfectum. At idē in libris de Cla-
 ris oratoribus, Demosthenem planè perfectum di-
 cit his uerbis: Nam planè quidem perfectum, &
 cui nihil admodum desit, Demosthenem facile di-
 xeris. Huius distinctionis perfectionum igno-
 ratio magnum errorem peperit. Quidam enim cū
 Christum

Christum uideant nobis præcipere ut simus perfecti, & nullam tamen perfectum (ut ipsi quidem perfectionem interpretantur) uideant, putant illa non ideo fuisse præcepta ut præstentur: nec mirū. eam enim perfectionem describunt, quæ propemodum in solum Deum cadit. Sed audiant loquentem Christum: Maiore, inquit, charitate nemo præditus est, quam si quis animam suam amicorum suorum causa impendat. Atqui multa millia Martyrum uitam suam pro Christo posuerunt. Quid de Paulo dicam? qui non solum pro amicorum, sed etiam pro inimicissimorum Iudæorum salute, optabat uel Christo ipso infeliciter priuari? Patiamur igitur talium hominum charitatem perfectam appellari, quamuis adhuc crescere ualeat: ne ue nos Spiritus sancti more loqui pudeat: & in uerbis faciles nos præbeamus, dummodo de re constet.

REPREHENSIO 1. IOHAN. 2.

super uerbis: *Quæ res & in se & in uobis uera est, uidelicet tenebras præterire.*

Quidam perabsurdè conuertit, Videlicet tenebras præterire: quasi scilicet *ōra* ponatur *idolū*.

DEFENSIO.

Absurditatem ego nondum uidere queo. Ver-

ba Iohannis sunt hæc: Nouam præceptionem uobis scribo, quæ res & in se & in uobis uera est: uidelicet tenebras præterire, iamq; uerum lumen apparere. Horum unâ cum sequentibus, arbitror hæc esse sententiam: Noua res est, noua lux oriens, uidelicet Christus: id quod & in se, hoc est reuera uerum est, nam uerè lux oritur: & in uobis, nam uobis oritur, quippe qui eam admittatis. In impijs quidem hoc non ita est, utpote qui clausis oculis lucem hanc repudient, ita ut eis non oriatur. Igitur de hac noua luce nouum præceptum uobis scribo, uidelicet ut uos inter uos ametis, non quia id nunquam antea fuerit præceptum: sed cum non nisi in clara luce uerè perspici potuerit, & tenebræ ante Christi aduentum mundum occupauerint, nouum appello, quod nunc demum uerè perspicitur.

Hæc sunt quæ ille in mea Noui testamenti translatione nominatim reprehendit. Super sunt duo loci ex Veteri testamento, quos ab eodem in libro de Occidendis hæreticis reprehensos huc apponam. Vnus est Exodi 32. qui sic habet: Expiate hodie manus uestras Iouæ, quas in uestris filijs & consanguineis promiscuè cruentastis. Hic meam translationem reprehendit, quasi uelim, peccasse Leuitas in illa cæde: id quod mihi nunquam uenit in men-

Charitatis
præceptum
cur nouum
appelletur.

in mētem. Sic enim simpliciter intellexi expiationem illam, quomodo fiunt aliæ multæ in lege, cum iubentur expiari, & ad uesperā usq; immundi esse, qui mortuum tetigerint, aut rem aliquam immundam, & mulieres quæ sunt in menstruis, & cætera in quibus nullum est peccatum animæ, sed tantum externa corporis pollutio, quæ externa purificatione expianda sit. Talem ego intelligo hanc expiationem Leuitarum. Talis fit expiatio etiam Num. 31. ubi Moses milites (qui Madianitas Dei iussu occiderant) sic alloquitur: Vos autem extra castra septem dies manete: ac quicumq; cædem fecistis, aut occisum tetigistis, expiamini tertio die, atq; septimo. Hic certe uerbū est expiandi in Hebræo, in simillimo argumento Quod ad uerbū implēdi attinet, quo in hoc Exodi loco utitur Moses, scio Implere manus Hebræico more dici pro cōsecrare manus, sed cur iubentur eas hic consecrare, nisi quia erant sanguine profanatae? Neque enim ijs assentiri possum, qui eam sententiam per præteritum plusquamperfectum conuertendā putant, quasi Moses ante cædem Leuitis iussisset ut consecrarent manus suas louæ, hoc est, ut suum quisq; filium & fratrem occiderent: quæ res pro sacrificio futura esset apud Deum. Nam ut conce-

damus, id pro sacrificio habitum fuisse, non conuenit ei rei consecrandi uerbum. Neque enim sacrificando consecrantur manus, sed ante sacrificium, ut sacræ sint ad rem sacram per agendam. Præterea cur hæc uerba ante eadē pronunciata dicantur, nulla causa est, cum post eadem et ponantur, et optimè quadrent, ut nos interpretati sumus. Adde quòd ita redūdaret in Hebræo particula וְ.

Alter locus est Num. 15. his uerbis: Qui uerò data opera fecerit (uidelicet contra legem) Ionã despiciatus est, de suorū numero excinditor: quoniam Ionæ dictum contempsit, eiusque præceptum uiolauit.

Hic translationem meam reprehendit, quoniam uerterim, Data opera: quod Hebraicè est, in manu excelsa: cū uertere debuerim, per arrogantiam. Ad quod ego respondeo, In manu excelsa, Hebraismus esse, quo indicatur aliquid uel inuito aliquo fieri, ut cum exercitus per alienos fines inuito domino transit. Itaque tum milites manus extollunt, hoc est, elato signo incedunt. Sic Israelitæ ex Aegypto migrasse dicuntur in manu excelsa, Exod. 14. hoc est, magna manu, audacter, et inuitis Aegyptijs. eodemque modo Deus eos eduxisse dicitur, elata manu: quod certè non possis conuertere.

In manu excelsa, qualis Hebraismus

conuertere, per arrogantiam. Itaq; hic Hebraismus pro conditione loci transferendus est. Iam in illo Moſis loco ſi transferas, per arrogantiam, duo erunt incommoda. Primum, quod arrogantia poteſt eſſe etiam in ijs quæ per errorem committuntur, ut quum Paulus Chriſtũ perſequebatur, certe arroganter faciebat, qui contra ſtimulum recalcitraret, & Chriſtianã gentem conaretur extirpare: ſed ignoranter faciebat, ideoq; ei data eſt uenia. Ita eſſet Moſis diuiſio inepta, quod in ſecundo membro eadem poneret quæ in primo. Alterum eſt, quod in hac diuiſione non poneret eos qui data opera peccaſſent, cum tamen & res ipſa hoc poſtulet: & idem Moſes in eodem lib. cap. 35. hoc idem argumentum tractans in aſylis, quod hic tractat in ſacrificijs, aperte duo hæc genera ponat homicidiorum, uidelicet unum quod ſcienter, alterũ quod inſcienter patretur. Ac quod hic dicit elata manu, illic planius explicans dicit: Per odium, aut ex inſidijs, aut hoſtiliter, aliquem percutere. quibus uerbis Hebraiſmum hunc plane explicat. Eſt igitur elata manu peccare, data opera peccare, quaſi manum extollas aduerſus Deum, & eo uetante tamen perumpas: quæ ſignificatio ſi non tota exprimitur his uocibus, data opera, at certe

b 4 exprimi

Exceptio.

exprimitur tota hac uerborum complexione, *Da-
ta opera peccare.* Hoc Germani dicunt, *nü. wil-
ligklich sündigen:* atq; hac uoce utitur in interpre-
tatione loci illius ad Heb. 10. *ἐκ τῶν νόμων ἀκούσας
ἡμαρτων ἡμῶν.* Et hunc locum citant in margi-
ne huius quæ hic tractamus loci, Num. 15. Sed ob-

Refutatio.

ijcit, hac ratione pœnam capitalem in eos omnes
constitui, qui scienter peccauerint: id quod non ita
est. Non enim agit nominatim hoc loco Moses de
peccatis capitalibus, aut non capitalibus: sed de pu-
niendis, aut non puniendis. Non punienda autem,
sed sacrificijs expianda, docet ea quæ per imprudẽ-
tiam commissa sunt, etiam si sint alioquin per se ca-
pitalia, cuiusmodi est homicidium imprudenter cõ-
missum. Punienda autem, quæ dedita opera com-
missa sunt. Sed qua pœna quodq; peccatum pu-
niendum sit, aliunde discendum est, ubi non de sa-
crificijs (ut hic) sed de pœnis leges tradit.

Quod autem dicit Moses hic, eum qui dedita
opera peccauerit, esse capite puniendum: id in ijs
demum criminibus locum habet, quæ alioquin ca-
pitalia sunt. quasi hoc dicat: Quæ dedita opera cõ-
missa sunt, punienda sunt omnino: quod si capita-
lia sunt, nihil de pœna remittendum est. nullo enim
sacrificio expiatur malicia. Quod autem putat
iste,

iste, si quis per arrogātiā etiam in re minima peccauerit, eum esse capitali supplicio puniendum: ego non assentior. Nam etiam si quis per arrogantiam (non dico despectu aut odio Dei, nihil enim tale ferunt uerba Moysi) seruo suo dentem decusserit, non potest grauius puniri, quā lege talionis. Et quod fieri potuisse putat, ut is qui Sabbathum uiolauerat, hac lege non teneretur: fallitur. Aut enim sciens peccauerat, aut insciens. Si insciens, nō fuit occidendus: si sciens, fuit occidēdus. Sed qua lege? illa ne quæ iubet Sabbathi uiolatores interfici: Sanē. Sed habet illa lex exceptionem. nam si insciens uiolasset, non fuisset occidendus. Fuit ergo occidendus, nō quia sabbathū uiolasset, sed quia sciens uiolasset. Aut ostēdat iste, qua lege fuerit occidēdus. Neque uerō cōiectus est in carcerē (ut ipse opinatur) quōd Moses nō de morte, sed de genere supplicij ambigeret: id quod ex eo uidetur appa-
 rere, quōd Deus nō iubet eum lapidari tantum, sed disertē iubet eum mori. Neque propterea Moses nō hoc Dei oraculo requiredo fecit iniuriā maiestati Dei. Cum enim esset homo clemētissimus, nō est mirū si ad fundendū nouo exēplo sanguinē tardus fuit. Fuerat & ad eundū in Aegyptū tardus, ut & Gedeon ad inuadendos Madianitas.

HACTENVS ea uel confessi sumus quæ
 iuste, uel defendimus quæ iniuste reprehendere ui-
 sus est iste in translatione nostra. Superest, ut quo-
 niam ipse in Prefatione sua petit, ut de erratis suis
 (quæ in his esse permulta sanè credit) cãdẽ
 amice moneatur: hac quoq; in parte fungamur offi-
 cio. Quòd si ipse se correxerit, gaudebimus, lucra-
 ti fratrẽ. Sin minus, tamẽ duabus de causis opera-
 precium fecero. Primum, quòd quæ dicam, ea ma-
 gna ex parte pertinent ad translationis meæ de-
 fensionem. Quamuis enim in eis me nominatim
 non reprehendat, tamen quatenus Erasmiũ, aut ue-
 terem interpretem, aut alios in eis reprehẽdit, aut
 ab eis dissentit, in quibus ego cũ eis sentio, me quo-
 que unã reprehendit. Altera causa est, quòd ex-
 pediri homines cautos fieri aduersus eos, qui alios
 tanta licentia damnant. Nullis enim periculosius
 creditur, quã damnatoribus. Annotabo autem
 non omnes eius errores (nam opus esset nimis lon-
 go libro: ego meos libentius corrigo, quã alie-
 nos reprehendo) sed nonnullos quos obiter, dum
 me defendo, animaduerti. Tantũ in Matthæi pri-
 mis aliquot capitibus paulo eum pressius di-
 scutiã, ut ex ijs conijci possit
 de cæteris,

ADVER.

DEFENSIO.
ADVERSARII ERRORES
generales.

171

Primum igitur, præter toties geminatos errores, quos hæctenus in me defendendo demonstravi (nam alterum qui malè reprehendit, erroremq; suum alterius ueritati anteponeit, bis errat) hoc in eo in uniuersum reprehendo. Scribit in præfatione, se à Valla, Stapulensi, Erasmo, cæterisque scriptoribus ita fuisse adiutum, ut si illa excipias quæ ab ijs est mutuatus, reliqua non ita multus paginis possint comprehendi. Iam si de his non multis paginis detrahas eas quas de Origene, de Erasmo, de me & alijs maledicendo consumit, erunt etiam pauciores. de quibus porro si ea detrahas, in quibus errauit, per pauca sanè supererunt. Itaq; cõsultius, meo iudicio, fecisset, si pauca illa sua seorsum excudenda curasset. Alterum est, quod in opere non præstat, quod dicit in præfatione. Dicit enim sese singula Græca uocabula eodem ubique modo exprimere conatum, nisi cum diuersa fuit significatio, aut peculiaris aliqua ratio incidit. Atqui $\delta\upsilon\mu\delta\upsilon\gamma$ in Apoc. 19. uertit furorem: in 18. & 16. & alibi, iram: in Act. 19. excandescentiam, cum tamen sit eadem notio atq; ratio. Idem dico de uerbo $\epsilon\pi\sigma\theta\lambda\epsilon\delta\epsilon\alpha$, de quo supra diximus

Lucæ

Luc. 1. & alijs, quæ hic enumerare non est neces-
sarium. Idem de nominibus Hebræis, quæ decli-
nare non uult, quia Spiritus sanctus non declinet:
idem tamen nomen Israelis declinat Ephes. 2. 12.
cum ibi Paulus nõ declinet. Et hæc in uniuersum.

IAM AD SINGULA.

Generatio. Matt. 1. 1. uertit, Liber generationis. Deinde
sic inter cætera annotat: Vocabulum generationis
retinui, quod optimè uideatur Christi $\gamma\omega\sigma\alpha\pi\kappa\omega\sigma\upsilon\mu$
 $\sigma\upsilon\mu$ exprimere. Atqui ego id uidere nequeo. nã si
est idẽ liber generationis, quod $\gamma\omega\sigma\alpha\pi\kappa\omega\sigma\upsilon\mu$, sicut
ipse rectè docet, hoc nihil ad $\gamma\omega\sigma\alpha\pi\kappa\omega\sigma\upsilon\mu$. He-
bræum enim illud non à carne, sed à nascendo du-
ctum est. Ne Latinum quidem generationis uocabu-
lum quicquam habet cum $\gamma\omega\sigma\alpha\pi\kappa\omega\sigma\upsilon\mu$ cõmer-
cij: tamq; de omnibus animantibus, quàm de ipso
Christo dicitur. Ita fit, ut qui me in ipso protinus
uestibulo impegisse uideri uoluit, ipsemet in ipso
protinus & uestibulo (ut principio in Autoris uo-
cabulo ostendimus) & limine (ut hic apparet)
impegerit.

Vers. 13. $\gamma\alpha\pi$ per Enim uerò quàm ineptè tras-
tulit, cuiusuis eruditi aures statim indicabunt.

Oraculi uo-
cabulum.

Cap. 2. in annot. vers. 12. Oraculi uocabulum
refugit;

refugit, ueluti idolorum superstitione contamina-
tum. Sed quid faciet in nomine Dei, & Templi, et
Prophetæ, alijsq; multis? quæ omnia fuere supersti-
tione contaminata. Taceo, quòd oraculi nomine
ipsemet usus est in uersione sua Rom. 3. 2.

Versu 16. malè transtulit, A' bimulis & infe-
rioribus. Neque enim interfecit Herodes pueros A' bimulis,
qui essent infra inferiores bimulis, quippe qui nulli
essent. Nā inferiores sunt, infra bimulos. Infra in-
feriores uerò nulli esse possunt, nisi tres gradus sta-
tuas: quod in hac narratione nō quadrat. Est enim
Hebraismus, quem & nos in nostris in hunc locū
Annotationibus declarauimus: & ipsemet Hebrai-
cis uerbis ritè exprimit, Latinis non item.

A' bimulis,
& infra.

Cap. 5. 13. Vt conculcetur (scilicet sal infatua-
tum) ab hominibus: ipse uertit, A' quibusuis, non
bene. Est enim locutio uulgarissima, quale est illud
quod ipsemet ex Erasmi translatione annotat Gal-
licum, des gens. & ipsemet postea Matth. 24. 5. in
eodem loquendi genere uertit, Vt spectetur ab ho-
minibus. Atq; hunc Hebraismum & Galli per on,
quasi hom: siue lon, quasi l' hom, hoc est homo: &
Germani per man, ad uerbum exprimunt: qu'on le
foule, das mans Zertrette.

In nomine
Homines he-
braismus.

Versu 18. de uocula Amen scribit hæc uerba: Amen.

¶ hoc

Hoc uocabulum cum nō modò Græci omnes scriptores retinuerint, sed uulgata quoq; linguarum idiomata, nimium certè est delicatus qui ausus est expungere. An aut de me hæc scribat, ipse uiderit. Ego in mea translatione hac uoce sæpe usus sum. Quòd autem in hoc & similib. locis usus nō sum, ne uulgata quidem idiomata uti solent. Vertunt enim Galli, En uerité: Germani, & arlich.

De accusandis fontibus.

Versu 21. super uerbis illis: Audiuitis quòd dictum sit antiquis, Non occides: quisquis autem occiderit, tenebitur iudicio: scribit hæc uerba: Idem ualet ἐνοχος ἔσω, quòd ἐν ἐχέδω: id est, damnas esto. Hic certè uidetur Christus nō modò actionē dare aduersus homicidam: sed iubere, ut ad iudicium trahatur: non tā ut de ipsius iure disceptetur, quàm ut damnetur. In his uerbis multa sunt, quæ in ius uoco. Primum, quòd ἔσω uertit in ἔσω, hoc est futurum indicatiui in imperatiuum: idq; non solum contra uerba Matthæi, sed etiam contra suam ipsius translationem, qui per futurum transtulerit, Tenebitur. Ac ne quis putet insciēter ab eo factū, aut typographi errorē esse, ter usus est imperatiuo: uidelicet Græcè bis, Latinè semel. & imperatiuū hūc postea iubendū uerbo insuper cōfirmat. Deinde illud in ius uoco, quòd illa uerba Christo tribuit. quod

quod perinde est, ac si eidē illa quoq; tribuas: Ocu-
lum pro oculo, & dentem pro dente. aut illa: Dili-
ges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.
cum hæc omnia antiquis dicta fuisse, Christi uer-
ba aperte demonstrant. Tertio, etiamsi essent il-
la uerba Christi, nõ tamē ideo iuberet homicidā
ad iudiciū trahi: quā de re nõ nihil supra scri-
psimus Matth. 1. super uerbo $\mu\eta\ \pi\ \sigma\epsilon\ \epsilon\iota\ \mu\alpha\ \rho\iota\ \sigma\alpha\iota$.

Verf. 25. $\mu\eta\ \pi\ \sigma\epsilon$, malè uertit Nequando: et male μῆποτε
reprehēdit qui uertit. Ne fortè. est enim Hebraicū
quod solēt Græci $\mu\eta\ \pi\ \sigma\epsilon$ uertere. ut Gen. 3. et
in infinitis alijs locis. & significat Ne, aut Ne fortè:
nec habetur in eo ulla tēporis ratio, ut sit uertēdū
Nequando. Itaq; ipsemet in cap. 25. ritè uertit Ne.

Mat. 6. 2. Existimentur, pro laudentur, quā
bene posuerit, ipse uiderit.

Mat. 6. 2. $\epsilon\ \pi\ \epsilon\ \chi\ \sigma\iota\ \tau\ \mu\iota\ \delta\ \omicron\ \nu\ \epsilon\iota\ \tau\ \epsilon\ \pi\ \epsilon\ \chi\ \sigma\iota$, male trās- ἐπίχρησιν
tulit. Referunt mercedē suam. & melius transtule-
rat uetus interpres, Repperunt: & Erasmus, Ha-
bēt. Sed optimè uertas, iam habēt, aut iam recepe-
rūt. atq; in hāc sentētiā nos Gallicè trāstulimus.
Est enim hæc Christi sententia: Simulatores, qui
gloriæ suæ gratia pauperib. benefaciūt, gloriæ mer-
cedē iam habēt. Qui uerò Dei amore benefaciūt,
ij mercedem suam nondū habent, sed habituri sunt
aliquando.

aliquando. Atq; ita uerbū hoc præsens ipsemet in
 Luc. 6. per præteritū ritè uertit, Retulistis merce-
 dem uestrā. & in Annotat. dicit, iam esse cōsequi-
 tos. Quin & in Plutarchi loco, quē ipse adducit,
 eadē est quam ego dico, uerbi ἀπέχει notio, quē
 locū, quia insignē continet sententiam, & ipse eum
 nō satis bene trāstulit, conabor ego trāsferre. Sunt

Plutarchi lo-
 cus explica-
 aur.

autem Græca uerba hæc: ὁ γὰρ γὶ γαμῶ παρο-
 ρῶν τὸ κελὸν, ὃ τέκνων ἔνεκα δ' ἠλὸς βίην, ἀλ-
 λ' ἠδ' οὐκ ἄγόμεναι γυναικῶν, τὸν τε μισθὸν
 ἀπέχει, καὶ παρρησίαν αὐτῶ πρὸς τοὺς γυνο-
 μῶνους ὅκ ἀπλήλοι πει, οἷς αὐτὸ τὸ γυνεῶν πα-
 ποίικεν ὄνειδι. Hæc uerba ipse sic trāstulit:

Qui enim honestatem illam ac decus nuptiarum
 despexit, declarat sese non liberorū, sed uoluptatis
 gratia mulieris consuetudinē quæsiuisse; itaq; mer-
 cedem suam refert, neq; sibi ius ullum reliquum fa-
 cit eos conueniendi, qui ex eo concubitu nati sunt,
 ut qui effecerit ut ne nasci quidem sine dedecore
 & infamia potuerint. At ego sic trāstulero: Qui
 enim matrimonij honestatem negligit, (hoc est,
 qui scortatur) ostendit se non liberorum, sed uolu-
 ptatis gratia cum muliere rem habere, iamq; mer-
 cedem suam recepit (uidelicet uoluptatem) neq;
 sibi ius ullum reliquum fecit natos appellandi (hoc
 est, ab

est, ab eis nutritionis debitum exigendi) quippe quibus ipsum nasci probrosum effecerit. Loquitur autem de lege Solonis, qua sanxit, ut ex meretrice nati patrem alere non cogerentur.

Versu 4. in uerbis, Si remisistis hominibus, Homines
pro alij,
Hebraif-
mus. *emphasam* nescio quam esse putat in nomine *Hominibus*, quæ nulla est. Est enim *Hebraismus*, pro *Alijs*, qui & alibi sæpe, & nominatim in huius capitulis uers. 2. & 18. occurrit. Dicuntur enim *Homines*, pro *Alij homines*: sicut *linguis loqui*, pro *peregrinis linguis loqui*: & *gentes*, pro *exterae gentes*.

Versu 23. in uerbis illis: Si oculus tuus *malus* fuerit, &c. putat de liberalitate Christiana *angi*, & *oculum malum* de quavis uitiosa cupiditate dici: & *simplicem oculum* uocari *liberalem*, *malignum* uerò *illiberalem*, & qui aliorum inopiam despicit, atq; adeò qui liberalitate alterius offendatur. *Mihi* uerò uidetur & à seipso & à Christi mente *disserere*. A seipso quidem, in eo quòd *prauum oculum* interpretatur *uitiosam cupiditatē*, & mox *illiberalitatem*, &c. quæ planè diuersa sunt. nam *illiberalitas*, & cætera quæ narrat, non sunt *cupiditas*. A Christi mente uerò, quòd quæ ille de uictanda uictus sollicitudine dixit (sicut ex toto orationis tenore apertissimum est) ipse de alijs interpretatur.

Oculus malus quid sit.

Oculus quid
à Christo no
ceatur.

pretatur. Mihi uerò uidetur alia mens Christi
& quia locus hic est cognitu dignissimus, tentabi-
mus enucleare. Docuerat Christus, thesaurum
suis esse in cælo, non in terra congerendum. Sub-
iunxit deinde: Vbi est thesaurus uester, ibi erit &
cor uestrum. Vbi cor uocare uidetur animi inten-
tionem & intuitum, quale est illud Terentij, lam-
dudum animus est in patinis: hoc est, Animum in-
tentum habeo in patinas. Quasi hoc dicat Chri-
stus: Si animus uester intuetur in cælestia, in cæ-
lestibus est thesaurus uester: sin in terrestria, in
terrestribus. Subiicit deinde: Lucerna cor-
poris est oculus, hoc est: Quod in corpore est
oculus, id in animo est ille intuitus. Igitur quem-
admodū in corpore, si oculi sunt mūdi, ideoq; per-
spicaces, totum corpus in luce: sin immūdi, ideoq;
cæci, in tenebris uersatur: ita in animo, si in agen-
do intuetur homo in cælestia, totum eius actionū
corpus in luce iusticiæ uersatur: sin in terrestria,
in tenebris iniusticiæ. Igitur si lumē tuum (hoc est,
animi intuitus iste, qui animo tanquam lucerna
quædam uiam ostendit faciendorum) tenebræ
sunt (hoc est, in opera tenebrarum intuetur) ipsæ
met opera (quæ per se sunt tenebrarum) longè e-
runt tenebricosiora, sicuti si corporis oculus sit
cæcus,

cæcus, ipsum corpus, quod per se alioquin non uideret, erit longè cæcius. Exemplum. Si quis quæ facit, Dei causa facit, in luce uersatur: sin opū causa, in tenebris. Quod idem de cæteris dicere licet. Qui pauperi benignè facit, Deo ut placeat, in luce est: qui uerò, ut laudem sibi comparet, in tenebris uersatur ambitionis. Est autem animaduertendum in illa Christi similitudine, rem ipsam cū similitudine confundi. Neq; enim proprie corporis oculus simplex aut malus dicitur, sed animi: sed hæc sic inter sese confunduntur, ut in cap. 23. ubi sic dicit: Væ uobis scribæ & Pharisei simulatores, qui poculi scutellæq; partem exteriorem purgatis, cum ea intus rapina intemperantiq; referta sint. quasi hoc dicat: Vos iusticiam præ uobis fertis, cum interim animos rapinæ plenos habeatis: id quod non minus absurdum est, quàm si quis poculi exteriora mundet, interiora non item. Atq; hanc quoq; sententiam non intellexit iste, sicut ex eius super eo loco Annotatione apparet.

Cap. 7. 17. *σκαπὸν δ' ἐνδ' ἑοῦ* male uertit Putrem arborem, maleq; reprehendit ueterem interpretè, qui trāsstulerat Malam: sicut apparet tum ex anti thesi, in qua *σκαπὸν* & *ἀγὰλλοῦ* opponuntur, tum ex sententia. Nam etiam putres arbores bo-

σκαπὸν δ' ἐνδ' ἑοῦ
ἀγὰλλοῦ quid sit

nos fructus ferūt, ut apparet in moris, malis, alijsq;
 multis. Itaq; uidetur $\sigma\alpha\pi\rho\upsilon$ hoc loco sic posuit,
 ut in Germanica lingua faul: quod cum elioquin
 putre significet, pro ignauro aut uitioso interdum
 dicitur, ductum fortassis à $\phi\alpha\upsilon\lambda\omicron$.

$\delta\rho\gamma\alpha\lambda\omicron\mu\epsilon\upsilon\omicron\iota$
 τῆς ἀνομιᾶς
 qui nam
 sint.

Cap. 8. 23. $\delta\rho\gamma\alpha\lambda\omicron\mu\epsilon\upsilon\omicron\iota\varsigma$ τῶν ἀνομιᾶν inter-
 pretatur, omnibus sceleribus & flagitijs addictos
 homines. & scribit hæc uerba: Dicuntur operari
 iniquitatem, & à Christo reijciuntur, nō qui uno
 & altero scelere sunt contaminati, sed qui hanc ue-
 lut artem faciunt, ut scelestè agendo uita tolerent,
 & Dei nomine abutantur ad quæstū, quo cupidi-
 tatib. suis satisfaciant. Hæc sunt eius uerba, qui-
 bus mihi uidetur (si modò de habitu loquitur, si-
 cut antithesis ostendere uidetur) nimis latam salu-
 tis uiam facere: quasi Christus non reijciat sceler-
 atos, sed duntaxat sceleratissimos. Enim uerò lō-
 gè aliter loquuntur sacræ literæ, quæ etiam ebrio-
 sos excludunt à regno Dei: quorum tamē non nul-
 li certè non tales sunt, quales hic describit. Itaq;
 $\delta\rho\gamma\alpha\lambda\omicron\mu\epsilon\upsilon\omicron\iota\varsigma$ τῶν ἀνομιᾶν dico simpliciter eos
 hic appellari, de quibus dicit Dominus Iohann. 5.
 Qui uitiosa egerint, resurrecturos esse ad suppli-
 cium. Vbi τῆς $\phi\alpha\upsilon\lambda\omicron\alpha$ $\pi\rho\acute{\alpha}\phi\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$ uocat, qui à
 Matthæo dicuntur $\delta\rho\gamma\alpha\lambda\omicron\mu\epsilon\upsilon\omicron\iota$ τῶν ἀνομιᾶν.
 quos

quos Latine maleficos bene & significanter appellamus. Sicut enim in regnum Dei admittuntur non solum sanctissimi, sed etiam sancti: sic ab eodē excluduntur non solum sceleribus contaminatissimi, sed etiam contaminati: nec solum qui omnibus aut plurimis, sed etiam qui uno contaminati sunt. Atq; hoc disertè docet Paulus his uerbis: Ne errate: nec impudici, nec de astricolæ, nec adulteri, nec molles, nec pædicores, nec fures, nec auari, nec ebriosi, nec conuiciatores, nec rapaces diuinum regnum possidebunt. Hic certè de singulis, non de uniuersis peccatis loquitur. Et Iacobus etiam eum qui in unum Dei præceptum peccat, excludit: perinde ac si in omnia peccasset. Ut enim corpus, sic & anima, uno peccato necari potest. Interficat aliquis suum ipsius corpus sola luxuria, etiã si sit alioquin sobrius, benignus, liberalis, &c. Rursus alius sola ebriositate, etiã si sit alioquin castus, benignus, liberalis, &c. Sic fit & in anima, estq; hæc uerè mens Iacobi. Loquor autem (ne quis fortè me calumniatur) de habitu, non de actione: hoc est (ut unum pro omnibus exemplum adducam) de ebrioso, non de ebrio.

1. Cor. 5.

Iacob. 2.

Matt. 10. 28. ἀποκτείνου τρῆσφεραι: trucidare non bene trāsferat: meliusq; trāsstulerat uetus interpret Oc- quid sit.

cidere. Est enim propriè trucidare, occidere ic̄tib.
 quod Galli uocant *assommer*. Græcum uerò *ἀπέχευ*
κτείνεω latius patet: & Christū nō de sola truci-
 datione, sed de quauis occisione loqui manifestis-
 simum est.

Sed iam me tædet huius hominis errata dili-
 gentius persequi: neq; enim hoc scribendi genere
 delector, id quod satis ostēdi in ipso protinus mea-
 rum in Biblia Annotationum initio: in quo profes-
 sus sum, me nullius erratum (nisi res cogeret) re-
 fellere. Et certè in illo opere, si in alijs reprehendē-
 dis ingeniosus esse uoluissē, infinitam errorū syl-
 uam ex aliorum translationibus colligere potuis-
 sem: & nunc in his decem Matthæi capitibus (in
 quibus tamen plurima, quæ meritò reprehendere
 potuissem, prætermisi) quàm prolixum possim, si
 res postulet, ex toto eius opere conficere errorum
 librarium, satis ostendisse me spero. id quod ideo
 feci, ab isto prouocatus, ut & ipse trabē ex oculo
 suo eruere condiscat, & cæteri talium hominum
 autoritate decipi desinant. Nam ut hoc sciatur, er-
 rat iste sæpe non solum in uerbis (id quod minus
 perniciosum est, & ferri facilius posset) uerume-
 tiam in rebus, & quidem grauissimis: & sæpe sa-
 errorum authorum non solum sententias, sed etiam
 uerba

uerba errori suo torquendo seruire cogit: & quidem in ijs maximè errat, in quibus in me maximè inuehitur. id quod planū facere facile possum: & hæcenus nonnulla ex parte planum feci. Sed in præsentia, de translatione ex professo agimus. Quod ad res attinet, multa alibi in me nihilo uerius quàm in hac translatione scripsit, quæ omnia deteget suo tempore ueritas.

Iam deinceps magnam operis partem uno saltu præteribo: & à Iohāne exorsus, pauculos de multis errores annotabo.

Iohan. 1. uers. 12. pulcherrimum maximiq; momenti locum deprauat, ita conuertens: Quot quot autem eum acceperunt, dedit eis hanc dignitatem ut filij Dei fierent. *Et sic* enim est potestas, nusquam dignitas: aut citet locum. Sed propter sententiam suam, uerbum male interpretatus est. Nō uult enim ut Christiani habeant hæc à Christo potestatem: quod quid est aliud quàm Christi beneficium Christianus inuidere? Sed obijcit, nos à Christo consequi ut non modò filij Dei esse possimus, si uelimus, sed uelimus & simus. Quid tum postea? Etiam Apostolis dedit ut dæmonia eiicere, morbosq; sanare & uellent & possent: Matt. 10. Luc. 10. & tamen ibi dicitur eis potestatem dedisse,

Credentium potestas.

Et idem uerbum $\delta\zeta\upsilon\sigma\acute{\iota}\alpha\upsilon$ ipsemet ibi rite uertit potestatem: cur hic abhorret? cur, dum Christi beneficium extollere uult, deprimat? Est enim maius Christi beneficium, et Dei filijs dignius, habere liberam potestatem, quam secus: quemadmodum maius est Dei in homines beneficium, quod liberè loqui aut tacere possunt, quam si sine libera potestate loquerentur, ut asina Balaami.

$\epsilon\pi\alpha\upsilon\delta\sigma\alpha$

Iohan. 1. 14. $\epsilon\sigma\kappa\lambda\acute{\omega}\sigma\epsilon\upsilon$ uertit commoratus est: et ibi annotat, hoc uerbo temporariam commorationem, non habitationem, declarari. Atqui Apoc. 21. 3. idem uerbum de Deo dicitur inter homines habitaturo: quæ certè erit habitatio, non commoratio. Et ibidem ipsemet uertit, Habitabit. et 2. Cor. 12. 9. uertit $\iota\upsilon\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \sigma\kappa\lambda\acute{\omega}\sigma\eta$, ut inhabitet. Itaque sic hoc quoque loco uertendum fuit. Nec obstat, quod dicit Christi moram apud nos temporariam fuisse: nam neque uerbum propterea fuit mutandum, et eiusdem Christi etiam Capharnai fuit mora temporaria, et tamen ibi dicitur habitasse: et quidem maxime proprio habitandi uerbo $\kappa\alpha\tau\acute{\omega}\sigma\epsilon\upsilon$, Matt. 4. Habitare enim ibi dicitur homo, ubi sedem fixit, siue migraturus aliquando, siue ibi perpetuò futurus.

Iohan. 6. 29. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum

eum quē misit ille. Hic mihi uidetur & male, &
 mala similitudine explanare, quo nam pacto fides
 hic dicatur opus Dei. Scribit enim his uerbis: Est
 hoc quoq; dicēdi genus petitum ē medio, ut si quis
 ad medicum accedens, ab eo peteret, quanta acce-
 pta pecunia uelit sibi remedium asferre? & medi-
 cus his uerbis respondeat: Omnis pecunia quam à
 te peto, hæc est, ut mihi confidas, & tibi persua-
 deas me nihil aliud quam salutem tuam quærere.
 Si medicus, inquam, ita respōdeat, quis ex hoc re-
 sponso eliciat, pecuniam esse istam confidentiam,
 quam medicus ab ægroto flagitat, ut sanis cōsilijs
 obsequatur? Hactenus ille. Atqui non petunt lu-
 dæi, quod nam præmium Christo medico soluere,
 aut quid ei præstare debeant: sed quid ipsi facere
 debeant, ad consequendam uitam æternam. Itaque
 longè aptior erit similitudo, si dicas: Perinde est
 ac si quis ægrotus medico dicat: Quod nam opus
 mihi faciendum est, ut sanitatem recuperem? Cui
 medicus respōdeat: Sanatorium opus est, ut in me
 credas, & credendo te mihi sanandum præbeas,
 qua ratione sanari potest ægrotus: uidelicet per si-
 dem meæ uoluntati obsequendo, & ab ijs abstine-
 do, & ijs uescendo, quæ ego præscripsero. Debet
 enim non solum medicus, sed & ægrotus officio
 m 5 fungi.

Fides opus
 Dei quo pa-
 cto dicatur.

fungi. Hanc esse Christi sententiam, apparet ex sequentibus, ubi docet, ad se ueniendū, & suam carnem comedendā, sanguinemq; bibendū ei qui uelit esse saluus. quæ certè sunt opera Dei: nec tamen sunt fides, sed fide fiunt, & ad salutē necessaria docet Christus. Similiter loquitur & Paulus, sibi fidem uocat religionē Christianam, Gal. 1. & alibi: quæ cōtinet omnia genera officiorum. & ideo fides appellatur, quia fides eius fons atq; radix est. Non dissimili ratione in Sacris literis portæ nonnunquam dicuntur pro urbibus, & inferni portæ pro inferno: & Matth. 19. πύλαι πυρός, pro statu renatorum. Sic & ἀδύναμις est fontem esse, & φάσμα profugum esse.

Si non uenissetem, peccatū non haberēt.

Iohann. 15. 22. Si non uenissetem, & locutus essem eis, peccatum non haberent: hoc est (ut ipse explicat) nō desinerent dicere se fuisse religiosos, & planè alienos à peccato. At mihi longè alia uidetur esse sententia. Si nō uenissetem, non repudiasset me: atq; ita non peccassent, uidelicet me repudiando. Nō enim loquitur de quouis peccato Christus, sed de peccato repudiatī Christi, qui non nisi ab ijs repudiatur ad quos uenit: quemadmodum alibi dicit in eo esse damnationem, quòd cum uenerit lux in mundum, dilexerunt homines tenebras

bras magis quam lucem. Et omnino cum sit peccatum nihil aliud quam præcepti violatio, ubi præceptum non est, peccatum esse non potest: & ubi præceptum uenit, peccato locus esse potest, non culpa præcepti, sed peccantis. Simili modo loquitur Iohann. 9. ubi negat cæcum illum natum, aut eius parentes peccasse: non de quouis peccato loquens, sed de peccato propter quod ille cæcus esse uideri possit. Conuenit hæc sententia cum dicto Simeonis, qui Iesum dicit multis fore casui, quare scripsimus Luc. 2.

Actor. 2. 27. Quoniam non relinques cadauer meum in sepulchro. *ψυχῶν*, hoc est, animam, male uertit cadauer. nam quocumque te uertas, anima pro cadauere nusquam ponitur. ne in eo quidem loco quem citat Leuitici 21. a. ubi enim anima ponitur pro homine, Hebraica locutione, & ad uerbum sic legitur: Ad animam, siue ob animam, ne contaminetur in populo suo, nisi ob consanguineum suum sibi proximum, ob matrem suam, & ob fratres suos, &c. ubi quod generaliter animam dixerat, mox singillatim explicat, quasi hoc dicat: Ob nullam animam (est enim Hebraismus, de quo scripsimus Matt. 10.) hoc est, ob nullum hominem, qui uita defunctus fuerit, contami-

Anima pro
cadauere, an
rectè dictū.

netur,

netur, nisi ob homines consanguineos, &c. Loquitur enim de funere, quod funus non animæ, sed cōtaminationis nomine innuitur.

Quòd uerò scribit, ex Vulg. & Erasmi translatione (qui uerterunt, animam meam) natum esse errorem: respondeo, primum non propterea uerbum esse corrumpendum: alioquin & Lucas ipse esset corrigendus, qui Græco uerbo usus fuerit, quod nunquam cadauer significat: & alij plurimi loci essent corrūpendi, ex quibus nō minus quàm ex hoc nascuntur errores. Deinde non minus ex eius translatione possit error nasci, & quidem longè perniciosior. Cū enim animam Christi uertat in cadauer, periculum est ne quis animā Christi putet nihil fuisse nisi cadauer.

Infernum pro sepulchro nufquā dici.

Item εἰς ᾧδης tum ibi, tum alibi malè uertit, in sepulchro: & postea scribit, neminem esse qui nesciat hoc uocabulo sepulchrum notari. Ego uerò non inuenio (quamuis affirmant Grammatici) hoc uocabulo unquam sepulchrū notari: sed mortuorum conditionem, atq; statum, siue sepultorum siue insepultorum. Itaq; εἰς ᾧδης, in orcum siue ad inferos descendere dicuntur, qui moriuntur, etiā si iaceant insepulti: sicut Esa. 14. uidere licet, ubi Babiloniæ rex pluribus uerbis dicitur in orcum descendisse,

scendisse, idq; extra sepulchrū abiectus: nec usquā scriptum inueni, aliquem deuenisse aut portatum fuisse in orcum, pro in sepulchrū: non magis quā Latinè ad inferos. Alioquin tum demum in orcum uenire dicerentur, quum sepelirentur, & ij soli qui sepelirentur: quod est falsissimum. Adde quòd cū Christus in Symbolo dicatur sepultus descendisse ad inferos, ibi manifestè distinguuntur Inferi à sepulchro. Præstaret interdum, præsertim in tam arduis obscurisq; locis, Spiritus sancti interpretè religiose agere, & ad uerbum ignotos locos conuertere, quā dum omnia scire uolumus, ueriori interpretationi (si quando lux maior affulserit) aditum præcludere.

Idem mox ὁσίον τῶν male interpretatur benignum & liberalem, cum propriè sit pius aut religiosus: ut apparet Græcum, ex Platonis Euthyphrone, qui inscribitur ὁσίον ὁσίον: & Hebræum cum ex infinitis penè locis, tum maximè ex nomine τῶν, hoc est ciconia, quæ hoc nomen ex pietate uidetur adeptæ, quòd parentes senes alere dicatur. Vnde & Græcum uocabulū ἀντιπαραγία ab eadem ciconia dictum est, quo uocabulo indicatur beneficiorum pia remuneratio.

Act. 19. 4 3. multa disputat de baptisate Iohannis,

Baptisma Io-
hannis.

hannis, quod negat ibi esse lotionem, sed doctrinæ
professionē. Ad quæ ego nō multa disputabo: tantū
Lectorē monebo, ut nihil præiudicati asserens, to-
tum Lucæ locum legat: statim uidebit tam apertā
sententiam, uti miretur esse aliquem qui dubitet. Et
sanè qui tā apertos locos in controuersiam uocāt,
uidentur non à sacris authorib. uelle doceri, sed po-
tius sententiam suam in sacros autores intrudere.

Rom. 1. 4. ἢ τῶν ὁμῶν, pro τῶν ὁμῶν, uel
ἢ τῶν πῶν ὁμῶν, nusquā meminit legere: &
tamen sic ponitur ἢ τῶν in cap. 2. ἢ τῶν τῶν σκλῆ
ρόν τῶν σκ.

De nostrā in
Christum in-
fusione.

Rom. 6. a 5. Erasmus immeritò reprehendit,
quod σὺμφυτοὶ uerterit Insiticij: Si insiticij facti
sumus illi per similitudinē mortis eius. Ipse uerò sic
cōuertit: Si coaluimus cōformatione mortis eius.
Deinde annotat, nos cū Christo in unā plantam
coaluisse, sicut τὰ σὺμφυτὰ: ut adhærētes arbori-
bus fungi, muscus, uiscū, quod (ut inquit elegāti-
simus poeta) nō sua seminat arbor, & si quæ sunt
eiusmodi, ita cū ipsa arbore coalescunt, ut commu-
ni succo uiuant. Hæc ego similitudinē repudio. Pri-
mum, quia ipsemet in ea sibi cōtradicit, qui Iohan.
1. 29. rectē scripserit nos esse Christo per internū
baptismum infitos. quem locum mox allegabimus
in uer.

in uerbo *καταγγεῖται*. Deinde, quia falsa est. neq; enim uiuunt illa succo arboris (sunt enim extra corticem, extra quæ succus arboris nullus est) sed uiuunt excremento quodã, quod non magis potest succus arboris appellari, quàm nostri corporis excrementa. Itaq; sæpe mortua arbore, & porro arboris succo uitali, tamen illa uiuunt, aut etiam innascuntur, certè non arboris (quæ iam nulla est) sed ligni succo, aut potius excremento. Hinc fit, ut nihil habeant commune cum arboris natura. Postremò, quia discrepat hæc similitudo à Pauli sententia, quæ est: Si cum Christo morimur (ut paulo post seipsum explicans dicit) cum eodẽ reuiuiscemus. at fungis cum arboribus nulla talis est communitas. Itaq; Paulum hic de insitione loqui contendo.

Quòd uerò scribit, Erasmi interpretationem fauere Pelagianis, qui putant hanc nostri cum Christo conformationem ab imitatione proficiscia uidetur magis Erasmi carpendi cupidine, quàm iudicio scribere. Non minus enim fauet Pelagianus ipsius interpretatio, quàm Erasmi. Ne quid interim dicam, quòd *ὁμοιωμα* propriè similitudo est, ut uertit Erasmus, & sciunt omnes: non conformatio.

Simili

Simili licentia utitur mox in uerbo *καταργηθή*, quod uertit, eneruetur: ueterem interpretē reprehendens, qui uerterit, destruat: itemq; Erasmus, & porrò me, qui Aboleatur. Non uult enim hic homo peccatum à Christo aboleri, sed eneruari in quo primum ipse secum pugnat, qui 1. Pet. 4. uerba illa (Qui passus est in carne, destitit à peccato) explicat his uerbis: Passio in carne nihil aliud quàm nostræ uitiositatis abolitionē declarat. Itemq; 1. Iohan. uerba illa (Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi) his uerbis explanat: Verbo tollēdi naturalis illius labis ac maculæ ablutio designatur, quum Christo per internum baptismum insitis nobis uetus homo moritur, & nouus induitur. Deinde Christi beneficium planè eneruat, id quod eum multis alijs in locis facere animaduertit. Enimuerò *καταργηθῆναι* non est eneruari, sed aboleri: & ipsemet à ueritate uictus ita uertit, 1. Cor. 15. d. 26. *ἐχάσθη ἡ θάνατος ὡς καταργηθῆναι ὁ θάνατος*, Vltimus hostis aboletur mors. Quòd si etiam mortem nō eneruat, sed abolet Christus, profectò necesse est ut mortis causam, hoc est peccatum aboleat.

Rom. 7. 17. uerba illa, Ego carnalis sum, uentus sub peccatum, usq; ad finem capitis, dicit Paulum

lum de seipso dicere: & ibi in Origenem, Ambrosium, Hieronymum, Erasmus, acriter inuehitur, qui Paulum dixerint in aliena persona loqui. Item 2. Cor. 12. 17. de aculeo illo qui Paulo datus erat, scribit hæc uerba: Sic autem Paulus (ut mihi quidem uidetur) translaticie uocat $\tau\lambda\acute{\iota}\nu\ \acute{\alpha}\delta\iota\theta\upsilon\mu\acute{\iota}\alpha\gamma$, quæ scilicet teli instar carni penitus infixæ est, ut eam quasi lethalem quandam arundinem (ut ait poeta) sauci circumferamus. cuius nimirum uulnus cogebat Apostolum, quatenus caro cum spiritu in eo quoque luctabatur, exclamare: Non facio bonum quod uolo, & facio malum quod nolo. Tandem: Miserum me, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Hæc tua uerba sunt, in quibus quid diuo Paulo tribuas, manifestum est: nimirum cupiditatem, & omissionem officij, & actiones prauas: quippe qui non faceret bonum quod uellet, sed faceret malum quod nollet. Nam certe faciendi uerbum de actione dicitur. Est autem locus hic magni momenti, quippe cum uideam multos huius præsidio patrocinari suis peccatis, dicentes non mirum esse si ipsi praua faciunt, cum etiam diuus Paulus faceret malum quod nollet. Itaque patieris à me tuam sententiam paulo perpendi diligentius. Ac primum, quid uoces $\tau\pi\iota\delta\upsilon\mu\acute{\iota}\alpha\gamma$ quæ-

$\tau\pi\iota\delta\upsilon\mu\acute{\iota}\alpha\gamma$
quid.

ro. utrum animi facultatem, qua aliquid siue bonū
 siue malū auertere potest homo: an potius eius fa-
 cultatis motū siue actionē uitiosam? Facultatem di-
 cere non potes. est enim ea facultas bona, natura-
 lis, & à Deo cōdita, fuitq; in homine ante pecca-
 tum. atq; eadem & sanctus uir utens, uxore suam
 auet ad prolem procreandam: & libidinosus abu-
 tens, uxorem alterius ad explendam uoluptatem.
 quemadmodum eadem oculorum facultate & san-
 ctus uir utens, pauperē inspicit ad eum liberalitate
 sua adiuuandum: & libidinosus abutens, uxorem
 alterius ad stuprandum. Itaq; quemadmodum ui-
 dendī, sic neq; cupiendī facultatem possis appella-
 re peccatum. Taceo, quòd faciendī uerbum de illa
 facultate dici nequit. Sin eius facultatis uitiosam a-
 ctionem appellas cupiditatē, sicut omnino ex uer-
 bis tuis uideris: uide qualem nobis Apostolum fa-
 cias. Si enim uxorem cupiebat alterius, aut domū,
 aut seruum, aut huius generis aliud quidpiam (de
 talibus enim disertè loquitur lex) adulter erat, aut
 fur in corde suo: & porro legi legisq; execrationi,
 hoc est pœnis obnoxius, uel seipso iudice, qui do-
 cuerit tales non esse regnum Dei possessuros.
 Quòd si dices, eum tentatum fuisse illum quidem,
 sed tentationi non obtemperasse: quærā cur ten-
 tationi

In Paulo an
 esset cupidi-
 tas.

Galat. 5.

tationi nomen imposueris cupiditatis, ac non potius tentationem appellaueris?

Deinde illa uerba refellent, quibus dicit facere se malum quod nolit. Nā facere certè non est tentari, sed tentationi obtemperare. Præterea quæro, quid tibi sit facere: utrum tantum cupere malum, an reuera facere? Si dicis cupere, refellēt te illa uerba: Ego sum carnalis, emancipatus peccato. & Non quod uolo facio bonum, sed quod nolo malū. Certè qui talia dicit, testatur se malum non solum cupere, uerū etiam reuera exequi: uel, ut uerius dicam, testatur se malum non cupere aut uelle, sed odisse, & tamen facere. Quòd si Paulus talis erat, quæro quòd nam malum exequeretur? nimirū carnale aliquid. dicit enim: Ego sum carnalis. Sunt autem carnalia illa quæ ad Galatas enumerat, adulterium, stuprum, impuritas, salacitas, deastrorum cultus, & cætera: quæ qui faciunt, inquit, diuinum regnum non possidebunt. Paulus quidē Corinthios carnales apertè uocat propter lites, emulationes, dissidia, sicut supr à ostendimus in 2. Tim. 4. Et Galatas ob carnis opera obiurgans dicit: Si alij alios mordetis ac exeditis. talia nimirum sunt opera carnalium, & peccato emancipatorum. Quòd si talis erat Paulus, non erat passus in car-

ne, nec erat eius uitiositas abolita, nec mortuus uetus homo, nec abluta naturalis labes ac macula: quæ tamen in Christianis fieri, etiam ex tuis uerbis paulo antè demonstrauimus. Deniq; hærebat Paulo illa lethalis arundo, hoc est cupiditas, hoc est radix & fons peccatorum, quæ in eo fructus ederet mortis. Erat igitur Paulus nihilo Galatis aut Corinthijs sanctior. Quò nam igitur iure eos ceu carnales obiurgat, aut ad se imitandum exhortatur, sicut ipse Christum imitetur? An non meritò ei sic respondere possunt? Nos uerò te Paule imitamus: sumus enim carnales, ut tu: emancipati peccato, ut tu: & nõ facimus bonum quod uolumus, sed malum quod nolumus, ut tu. Quin tu te Christi imitatorè esse parum cautè dicis. Ille enim non malum quod nolebat, sed bonum quod uolebat, faciebat: neq; à tentatione uincebatur, ut tu uinceris, dum malum facis. Quòd si dices te carne quidè seruire legi peccati, sed mète legi Dei, idem nos de nobis respondebimus: neq; nobis nostra peccata magis imputari debent, quam tibi tua. Certè quid illis responderi possit, ego nondum uidere queo. Si tu uides, libenter audiuerò.

Iam quæ de lucta carnis & spiritus dicis, uide ris mihi Pauli locum illum ad Galatas non intelligere.

gere. Alloquitur Paulus Galatas, quos amentes Galat. 5.
 appellat, & qui à spiritu exorsi in carnem desine-
 bant, & in quib. iterum informadus erat Christus:
 proponitq; eis hominum inter sese contrariorum
 duo genera, uidelicet carnalium & spiritualium:
 & utrorumq; fructus enumerat, nimirum ut seip-
 sos explorent, & ex suis fructibus agnoscant Ga-
 latae, in utro sunt numero. estq; eadem sententia
 quam ad Romanos ponit his uerbis: Debemus non Rom. 8.
 carni, ut ad carnis arbitrium uiuamus. nam si car-
 nis arbitrio uixeritis, morituri estis. Sin spiritu cor-
 poris actiones peremeritis, uiuetis. Hanc esse Pau-
 li sententiam, facile uidebit, si quis non suam ad Pau-
 li uerba sententiam afferet. sed à Pauli uerbis senten-
 tiam petet.

Hæc cum ita sint, ego in Ambrosij, Hieronymi,
 Origenis, Erasmi, Bernardini Ochini sententiam
 potius inclino, ut Paulum ibi non de se loqui exi-
 stimem. Atque id tum ex antecedentibus, tum
 ex consequentibus perspici potest. Nam & paulo
 antè dixerat: Cum essemus in carne, peccatorum
 perturbationes à lege orientes in membris agebāt
 nostris, ita ut morti scetificaremus. At nunc lege
 soluti sumus, ei mortui, qua tenebamur, ita ut ser-
 uiamus in nouo spiritu, non in uetere litera. Hic

videmus eum manifestè de ijs loqui, qui aliquando sub lege fuerunt, mortiq; scetific arunt: sed nunc lege soluti, contrà faciunt: in quorum numero erat ipse. Sequuntur deinde in cap. 7. eadè alijs uerbis, dum dicit: Igitur nulli iam dānatiōni sunt obnoxij, qui in Christo Iesu, non carnis, sed spiritus arbitrio parent, &c. Quasi hoc dicat: Qui in Christo sunt, lege soluti sunt, faciuntq; ut spiritus bonum quod uolunt, non malum quod nolunt. Nam qui malū quod nolunt faciunt, in carne sunt. Qui sunt autem in carne, Deo placere nequeunt. At uos nō estis in carne, sed in spiritu. Cæterum utrum Paulus hic in Iudæi, an potius in inchoati Christiani persona, & adhuc ex parte sub lege gementis loquatur, nihil in præsentia pronuncio. De alterutro quidem eum loqui, hinc perspici potest, quod omnino de eo loquitur qui est sub lege.

Rom. 9. a 6. εχ οἰου δὲ ὅτι ἐκπῆν ἰσχυρὸς λόγος τῆς θεῶς, malè uertit: Fieri tamen non potest, ut exciderit sermo Dei. Primum, quia οἰου, dū pro οἰόντε, hoc est Ἀνωατόν ponitur, aliter construitur. Deinde, quia non cohæret sententia: ut facile intelliget, qui eius translationem ritè perpendet. At si conuertas, ut Vetus & Erasmus & nos conuertimus, aptissimè cohærebit, hoc pacto:
Quod

Quod tantum Israelitis secundum carnem tribuo (inquit Paulus) possit aliquis obijcere, me immemorem uideri diuini oraculi, quo traditur ueros Israelitas esse non eos qui secundum carnem, sed qui ex promissione nati sunt. Ad quod ego respondeo: Mihi illud dictum non excidisse. scio & meminisse ita esse.

Rom. 13. 11. locum illum, Nunc enim propius nos est salus quam cum credidimus, interpretatur his uerbis: Puto cum doctissimo interprete Apostolum tempus illud designare quod fidem præcessit, quasi diceret: Olim, antequam crederemus, frustra hæc nobis essent dicta. Hanc interpretationem ego non possum assequi, uidetur enim Pauli uerbis planè contraria. Nam Paulus dicit, Quum credidimus: hic contra dicit, Antequam crederemus. Mihi uidetur Pauli sententia esse perspicua, Nunc propius nos est salus quam cum credidimus: hoc est, quam quum primum in Christum per fidem asciti sumus. Postea enim, hætenus perseverantes, ad salutem propius accessimus. Non est enim fides salus, sed fide itur ad salutem. Credere aut in hac Credere notione sæpe ponitur: ut 1. Corint. 3. Ministri per quos credidistis. & 15. Nisi frustra credidistis, & Gal. 2. Nos quoque credidimus in Christum Iesum.

1. Corin. 3. *Ἰδὲ ἐσμεν ἡμεῖς ὁ Θεὸς* *συνεργοὶ*, malè uertit,
 • uers. 7. 12. Dei sumus administri. Nam *συνεργὸς* nunquam
 est administer, ut sciunt omnes qui Græcè sciunt:
 sed adiutor. Sed negat Deum egere adiutore.
 quod etiamsi ita esset, non propterea deberet Pau-
 li uerbum peruertere, nisi Paulū uolumus docere lo-
 qui. At nunc non ita est, etiam ex huius interpreta-
 tione. nam etiam administer adiuuat: & qui adiu-
 tore non eget, ne administro quidem eget. Scio
 Deum esse omnipotentem: sed adiutoribus uult u-
 ti. Itaq; neq; frumento sine agricolarum cultura,
 neq; Corinthijs & alijs sine Pauli plantatione &
 Apollo irrigatione incrementum dare uult: & hoc
 ritè & propriè uocatur adiumentum. Datur enim
 homini salus non ut urtica, citra culturam: sed ut
 frumentū, cum agricolæ labore. Sic Gedeon Dei
 adiutor est. Vnde illa uox: Gladius Dei & Ge-
 deonis. Sic Apostoli, Spiritus sancti: Visum est Spi-
 ritui sancto, & nobis. Sic uxor apud Mosē uoca-
 tur adiumentum uiri: & Ecclesia est uxor, & por-
 rō adiumentum Christi.

2. Cor. 3. locum illum, Quandocunq; autem
 reuertitur ad Dominum, non ritè explanat. Est au-
 tem locus ad intelligendum Dei spiritum magni
 momenti, itaq; nos eum explanabimus. Moses cum
 de mon.

de monte Sina descendisset, & eius facies radiaret, eam uelamine tegebat, quodcumq; Israelitas alloquebatur: quippe quum illi splendorem illum ferre non possent. Rursus ad Dominum ascendens, uelamen detrahebat. Iam quod accidit in Mosis facie secundum carnem, idem accidit in lege (quæ Moses appellatur) secundum spiritum. Quodcumq; enim legunt Israelitæ legem, hæc eis tecta est: hoc est, non uident legis mysteriorum splendorem, sed eam carnaliter accipiunt, quippe quorum corda tecta sint ignorantiae uelamine, quod uelamen officit eorum oculis, ne splendorem illum uideant. Nihil enim refert utrum dicas, eis tectam esse legem, an ipsorum oculos esse tectos, ita ut legis splendorem non cernant: quemadmodum in luce corporali nihil refert, utrum tibi sit tecta lux, an oculi tecti sint luci. At quodcumq; lex reuertitur ad Dominum, hoc est, quodcumq; secundum spiritum intelligitur (est autem Dominus is spiritus) detrahatur uelamen, hoc est apparet splendor legis. Et nos in sumus qui eam secundum spiritum intelligimus: qui cum sit spiritus libertatis, reddit nos liberos, ita ut iam iugo legis & ignorantiae liberati, ueritatis ipsius splendorem cernamus. Hanc Pauli sententiam sic explicat etiam is quem isle suum in

De legis uelamine.

Christo patrē in suis scriptis uocitat: id quod filio
 haud honestū est, à patre bene sentiente dissidere.

2. Cor. 5. in loco illo, Siue adsumus, siue absumus: iniquè reprehendit ueterem interpretē & Erasmus: & malè uertit ἐκδημιῶν, migrare, quod uers. 6. uertit peregrè abesse: cum tamen sit idem uerbum, & eadem notione positum. Alludit enim Paulus uersu 9. ad id quod dixerat uersu 6. ut sit hæc sententia: Siue adsumus, hoc est, siue quatenus adsumus in corpore, siue quatenus absumus à Domino: hoc est in hac uita, in qua à Domino peregrè absentes, adsumus in corpore.

Item uersu 9. mihi uidetur Erasmū iniuste reprehendere, qui uerterit, Ea quæ fiunt per corpus. nam opus pro operis mercede accipitur, ut ipsemet fatetur: & Apostolus nō de solius corporis uel pœna uel præmio loquitur, sed totius hominis, qui sit præmium laturus eorum quæ gesserit in corpore.

2. Corinth. 7. 8. Erasmum immeritò reprehendit, qui ἐν ἡμῶν τε μετὰ δόμῳ, uerterit, Etiam si pœnituisse. & causam addit, uidelicet quia non addatur ἄλλο. Mihi uerò non uidetur addendum, non magis quàm in illo Gal. 1. ἐν γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἡγεσσομεν, & si addendū esset, subaudiri cōmodè posset, ut sæpe fieri ipsemet annotauit Phil. 2. 6. & 2.

Cor. 11. 4.

2. Cor.

2. Corinth. 11. 6. Paulum & grandiloquentia Platoni, & uehementia Demostheni, & methodo Aristoteli atque Galeno anteponebat: in quo mihi uidetur pictores imitari, qui Christi matrem, dum honorare uolunt, regio uestitu pingunt, & eidem tamen (ita cogente historia) prae sepe in quo iaceat Christus infans appingunt, nobili sane sollecissimo. Quid enim mundanis reginis cum praesepe? Mariae gloria est paupertas, & pictores eam diuitijs ornant. Sic Pauli gloria & gloriatio est sermonis imperitia, & isti eum etiam arte comunt. Ego uero longe aliter iudico. Videtur enim mihi de Pauli oratione aptissime id dici posse, quod dicit Deus de ligno uitis. Ezech. 17. Ut enim ligno uitis nihil uilius est, si fructu careat: sic oratione Pauli nihil ab omni arte remotius, nihil abiectius, si ei spiritum detraxeris. Rursumque, quemadmodum fructu uitis nihil suauius, sic Pauli spiritu nihil excellentius.

2. Cor. 9. 11. male subaudit, Ut inquam abundetis. Est enim ibi sollecissimus, à Paulo alioquin non alienus, ut sit *δ' ακαιοσιμῶνς ὑμῶν πλετισμοί*, pro *πλετισμοί*, sicut Coloss. 3. *ὁ λόγος τῆς χάριτος ὑποκείται ὑμῶν πλετισμῶς διδασκαλον*.

Pauli sollecissimus.

διὸ ἀσκοντες ἑαυτοῖς: pro διὸ ἀσκοντες, quæ
Latine reddi possunt per gerundia, docendo, ut ipse
semet ibidem annotavit.

Alacriter se-
rendum.

Galat. 6.9. μὴ ἐκλυόμενοι, non bene uertit,
Si non elanguerimus. dicendum enim fuisse, μὴ
ἐκλελυμένοι. Est enim Pauli sententia hæc aper-
tissima: Non defatigabimur metentes, metemus e-
nim cum læticia. Ergo nõ debemus defetibisci se-
rentes. nam æquũ est, ut qui alacriter metere uult,
is alacriter ferat.

Charitas fir-
nis legis.

Ephes. 3.17. in charitate radicati. Charitatem
interpretatur, qua diligimur à Deo. At mihi uide-
tur Paulus eam dicere, qua diligimus Deum, quæ
est finis legis, iubētis ut Deum toto corde, & pro-
ximum sicut nos ipsos diligamus, & sine qua fun-
damentum arenarium habet homo, estq; nihil aliud
quàm æs tinniens. De hoc fundamento loquitur
Christus, dum dicit, eum qui audit & obedit (quæ
obedientia charitas est: nam fides charitate opera-
tur) similem esse sapientis hominis, qui domũ suam
fundet in petra. Sed hæc nostra charitas domum
Dei est, & à Dei in nos charitate manat.

De principũ
officio in re-
ligione.

1. Timot. 2. πάντων τῶν ἐνώπιον ὄντων,
uertit, Quibusuis in eminentia idcirco constitu-
tis. In his quatuor uerbis quatuor peccata sunt. Pri-
mum

num est, quod pro omnibus uertit quibusuis. Alterum est, quod uoculam Idcirco addit uerbis Pauli. Tertium, quod ἀντιπρὸς uertit constitutis: quasi esse sit idem, quod constitutum esse. Quartum (cuius causa cætera commisit) quod Pauli sententiã peruertit, ut suam stabiliat. Est enim hæc Pauli sententia: Deum oremus, ut reges & cæteros potestate pollètes efficiat bonos, quo uel nos ipsimet infestare desinant, uel latrocinia, seditiones, bella, iniurias coerceant, ut ita non solum piè & honestè (id quod iam facimus) sed etiam tranquillè & quietè (id quod illis malis impeditur) uitam degamus. Perinde ac si mercatores sic loquantur: Oremus Deum pro principib. nostris, ut quietè mercimonia exerceamus. Si sic inquam mercatores loquantur, non erit hæc eorum mens, ut cupiant à principibus curari aut institui mercaturam (quippe cum ipsi mercatores eam artem longè melius quàm illi teneant & exerceant) sed latrocinia cohiberi. Ita hoc loco non est ea mens Pauli, ut cupiat à principibus procurari negocium religionis (huic enim rei perfectè prospexerat Christus sine principibus, uel potius inuitis principibus) sed ut fiant ipsi religiosi. Erant enim Pauli tempore principes tyranni: qui cum soli religionem armis infesta-

infestarent, quaeso aduersus quos eam nisi aduersus seipfos, tueri potuissent? Sed excipit hic homo, hoc argumentum non esse aptum. Assumeret enim Apostolus (inquit) pro hypothese, id ipsum de quo quaeritur: nempe an rogare pro principibus (qui non modò non norunt, sed etiam persequuntur Ecclesiam) ad publicam Ecclesiae còcordiam spectet. Ad quod excipere posset aduersarius, potius orandum esse aduersus principes, à quibus opprimatur Ecclesia, ut sub Iuliano factum fuerit.

Cui ego respondeo, ipsum sibi pugnantia dicere. Nam paulo antè dixerat, petendum esse à Deo ut principes si boni sunt, conseruet: sin mali, bonos efficiat. At nunc uidetur contraria dicere. Mihi

Jerem. 29. uerò magis placet Ieremias, qui iubet Iudaeos studere saluti urbis Babylonis, in qua exulabant, & pro ea Deum orare: quippe in eius salute ipsis esse sitam salutem. Est enim hoc exemplū huic Pauli loco aptum: non illud de Iuliano, qui à Christiana religione defecerat. id quod non fecerant ij de quibus hic Paulus agit: nunquam enim fuerant Christiani.

1. Tim. 5. 23. iniuste reprehēdit ueterem inter-
 ἡ ἀγορὰ τῆς π. pretem, & Erasmus, qui ὁ δ' ἄγορᾶς τῆς π. uerterint,
 aquam bibere: ipse uertit, abstemium esse, non bene. Est

ne. Est enim abstemius, non qui bibit aquam, sed qui non bibit uinum, quicquid tandem aliud bibat: potest autem γαλακτοποτεῖν, hoc est lac bibere, aut aliud quippiam; atque ita esse abstemius, nec tamen ὕδρωποτος.

2. Tim. 1. 9. Erasmus malè reprehendit, qui πρὸ χρόνων αἰώνιων uerterit, Ante tempora æterna: quoniam nihil possit ante æternitatem imaginari. Dicitur enim æternum, non solum id quod Æternum. semper fuit, semper est, & semper erit (hæc enim ratione solus Deus esset æternus) sed etiam id quod in æuo, hoc est in tempore nō infinito est, quasi æuiternum. Sic æterni colles dicuntur Genes. 49. qui tamen aliquando esse cœperunt. Tempus enim (ut ipsemet annotat) cum mundo cœpit, ut quidem hic tempus interpretamur. Itaque quod ante hoc tempus factum est, rectè dicitur factum ante æternitatem, si modò rectè intelligatur.

Tit. 3. 10. super Hæretici uocabulo hæc uerba scribit: Quidam, cui dicitur hæreticus quicumque pertinax est, ἀρετικὸν pertinacem conuertit. quem locū ego iam sic correxeram, Sectarium hominem. & in margine hæc uerba adscripseram,
uitiosæ

uitiosæ sectæ addictum. Ipse autē quem uocet hæreticum, peti iubet ex Act. 5. 17. ubi hæreticū definit his uerbis: Hæreticus is dicitur, qui à recepta Ecclesiæ doctrina ita aberrat, ut contempto Dei & ipsius Ecclesiæ iudicio, in sententia permaneat; & discipulis ascitis, Ecclesiæ concordiam uiolet.

Hanc ego definitionem quo minus approbare possim, multæ causæ sunt. Primò, quia composita est, cum sit rei simplicis. Complectitur enim primò dissidentem, deinde contumacem, tertio pertinacem, quarto magistrum, quinto factiosum. ad quas quinque res definiendas totidē adhiberi oportet definitiones. Deinde quod dicit, A recepta doctrina, rectius (meo iudicio) diceret, A sana doctrina. Quid enim si ipsa Ecclesia hæresim receperit (id quod & Christi tempore fecerat ecclesia Iudæorum, & utinam postea nunquam fecisset Ecclesia Christianorum) an discordare nefas erit? Tertio, quia tantum magistros constituit hæreticos: discipulos excludit. Dicit enim, Discipulis ascitis. Quid igitur ipsi discipuli? an non erunt hæretici? Solus ergo Nicolaus erit hæreticus: Nicolaus autem non item? lam pertinaciam cur adiungit definitioni suæ, quam in mea prima translatione non immeritò repudiat? Potest enim aliquis hæreticus

hæreticus esse, & tamen non pertinax. sicut Paulus ante cognitum Christum hæreticus erat, uidelicet Phariseus: & tamen non permansit in errore. Possem plura eius definitionis uitia commemorare: sed ea ex ijs quæ dixi, facile est perspicere, quæ quidem grauem ob causam adduxi. Nam à simili hæretici definitione deduxit disputationem suam in libello quem conscripsit De hæreticis à ciuili magistratu puniendis: ex quo facile est conijcere, quam ueram esse credendum sit de tanta re eius sententiam, quæ à tam falsa definitione profiscatur. Ite nunc Principes, & sanguinem secundum istius doctrinam fundere properate.

Enimuerò hæreticus is proprie est, qui est ab aliqua hæresi, hoc est secta: diciturq; qua forma Hæretici de finitio uera. Academicus, Peripateticus, Plonicus. Sed quæ admodum ualetudo pro mala ualetudine, & in sacris literis gentes pro profanis gentibus (unde Ethnici nomen ortum est) dicuntur: ita & hæresis à Paulo pro uitiosa secta ponitur: unde hæretici nomen deduxit, quo eum indicauit qui uitiosam sectam sequitur, siue is sit pertinax, siue non sit: siue admonitus, siue secus: siue discipulos asciuit, siue est ipsemet discipulus. Quod autem hæreticum uitari iubet Paulus, nõ ob hæresim iubet, sed

o ob perti

ob pertinaciam in hæresi. id quod indicat, dum dicit: Post unam aut alteram admonitionem. Atque hanc ob causam ego principio hæreticum transtuleram pertinacem, magis in Pauli de pertinaci hæretico sententiam intentus, quam in uim uocabuli, quã discussi postea diligentius. Iubet igitur Paulus, hæreticum nõ euitari, præsertim Tito, hoc est magistro: sed admoneri potius, ac doceri. Quod si postea pertinacem deprehenderit, euitet sicut & ebriosum aliosq; flagitiosos euitare debet, si admonitionibus non obtemperent. Illud addam, quod Paulus hæreticũ illũ pertinacẽ uocat αὐτοκαταλετοῦ, hoc est à seipso damnatum, non sic (meo quidem iudicio) accipiendum esse, quasi ille sciens uolensq; seipsum damnet, contraq; conscientiam peccet: ut docent quidam, qui hæreticos malitiosẽ ac præfractẽ peccare dicunt, quamuis id negent, ad mortem usq; pertinaces. Si enim ad mortẽ usq; negant, quis id uobis post ipsorum mortem testari potuit? num in ipsorũ corda (quod solius Dei est) penetrastis? Sed similis mihi uidetur hæc locutio illi, Eo ipso quod alterum damnas, te ipsum condemnas: hoc est, condẽnatione dignum esse ostendis. Neq; enim scientes uolentesq; seipfos condemnant, qui alios damnant, Item illud: Felix qui seipsum

αὐτοκαταλετοῦ
 τῶν ἁγίων
 ἢ quid sit.

Rom. 2.

Rom. 14.

seipsum nō damnat, in eo quod probat: hoc est, qui in eo cuius cognitionem habet, quodq; approbat, ita se gerit, ut nihil committat quamobrem sit damnandus. Sed illud longè apertissimum: Quia di- AA. 11.
uinam doctrinam reijcitis, neq; uos sempiterna uita dignos iudicatis, scitote nos ad gentes conuerti. Neq; enim profectò indignos se scienter iudicabāt Iudæi sempiterna uita: sed ita se gerebant, ut se ea indignos præstarent. Sic hoc loco hæreticum illum pertinacem à Paulo *ὁ ἄρρηκτος ἄστυ* ideo dici arbitror, quia ea faciat quibus seipsum damnatione dignū præbeat. Nā profectò erreri saepe credunt hæretici, Deo illis (quia ueritatis amorem nō admiserint) tantam uim erroris mittente, ut cre- 2. Theff. 2.
dāt, inquit, (animaduertatur hoc uerbū) mēdaciō.

Heb. 4. 3. facit tantū duas requiesces, cum au- Requies Dei
thor tres ponat, quarum tertia sit adhuc futura: qua de re scripsimus in Annot. Sic enim arguentur author ex Psalm. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra: alioquin non intrabitis in requietem Dei: sicut maiores uestri, quia obdurarunt corda sua, non intrarunt in requietem Dei. Iam hic queritur, quænam sit illa requies, quæ futura sit post illud tempus, quo dixit Dauid, Hodie. Certè ea futura

est: nam illæ duæ, uidelicet quòd Deus requieuit die septimo, & quòd Iosua populū in Chananaeum introduxit, iam sunt præteritæ, & David de futuro loquens, dicit: Hodie si uocem eius audieritis, erit ergo hæc requies post illud Hodie.

Christus ex-
auditus pro
pietate sua.

Heb. 5. 7. εἰσακουσθεὶς αὐτοῦ ἕως ἄβυσσῶν, uertit, Exauditus ex metu: hoc est (ut ipse deinde explicat) ita confirmatus, ut omnem pauorem mortis deposuerit. timuisse enim Christum ne malis obrutus succumberet, uel morte absorberetur. Hic ego dico, primum locutionem hanc duram uideri: Exauditus est ex metu, hoc est liberatus à metu, nec eam possum admittere, nisi aliud quoddam simile exemplum proferatur. Deinde non orauit Christus ut ex metu, sed ut ex morte uindicaretur: ut ex auctoris uerbis apparet, qui dicit eum preces libasse ei qui se à morte seruare poterat. Itaq; hoc impetrauit: nam ex morte in uitā tertio die reuocatus est. Neque enim sic intelligenda est hæc impetratio, quasi Christus impetrauerit ne calix ille bibendus esset (nam bibendus omnino fuit) sed ne eius anima relinqueretur apud inferos: ne ue pius Domini corruptionem subiret, mortis ue doloribus detineretur. Atq; ita ponitur uerbum σωζει Matth. 1. σωσει τοῦ λαοῦ αὐτοῦ

ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, Seruabit populum suum à peccatis ipsorum: hoc est, eripiet, liberabit, non ita ut non fuerint in peccatis, sed ut esse desinant. Sic hoc loco nō impetrauit Christus à patre, ut non moreretur, sed ut post in morte esse desineret. Itaq; locus hic sic uertendus est: Exauditus est pro pietate aut religione sua (ut nos uertimus) hoc est, quia pius erat. Sed negat præpositionis ἀπὸ hunc usum esse in quo hallucinatur. Est enim Hebraica præpositio ἄν, in quā Græci uertere solent ἀπὸ, propter. ut Psal. 6. Ἐταρῶ χθὲν ἀπὸ θυμῶ ὁ ὀφθαλμὸς μου, Turbatus est propter seuitiam oculi meus. Et Psal. 38. ἀπὸ τῆς ἰσχύος τῆς χειρὸς σου ἐγὼ ἐλίπω, Propter uim manus tuæ ego defeci. & Gen. 22. ἕνεκα, propter me.

Heb. 5. 9. καὶ τελειωθεὶς malè uertit, Consecratus, ut & alibi: maleq; reprehendit ueterem interpretem, qui Consummatus: & Erasmi, qui uerterit, Perfectus redditus. Loquitur enim non de consecratione Christi: nā consecratio sacrificium antecedit. sicut Aaron antequam sacrificauit, fuit unctus & consecratus. Sic & Christum rectius dixeris tum consecratum, cum à patre missus est, baptizatus & unctus à Spiritu sancto. Sed hic loquitur de Christi perfectione, quæ in eo sita est,

Christi perfectio.

quod omni cruce perfunctus, mortem uictor debellauit, ita ut iam morti non sit obnoxius, sed immortalis, ideoq; autor salutis æternæ sibi odedientibus. id quod antè fieri nõ poterat, cū esset adhuc ipsemet mortalis, nec alios reddere posset immortales, & æterna salute donare, nisi immortalitatē ipsemet prius resurgendo consequutus. Hoc enim ei deerat adhuc. Atq; his conueniunt quæ suprâ in hunc locū de perfectione scripsimus, in 2. Tim. 4.

Heb. 11. 3. *Ερασμὸν reprehendit, qui μὴ ἐκ φανεροῦ ἔκρινεν*, Ex his quæ nõ apparebāt, quasi scriptum sit, *ἐκ μὴ φανεροῦ*. Ipse uerò uertit: Non ex apparētib. At qui nõ docet hic autor, ex quibus nã nõ fuerit cõditus mūdus, sed ex quibus nã fuerit cõditus. Itaq; etiã si sequaris huius interpretationē, tamen idē supplendū erit. Queret enim Lector: Ex quibus nam igitur facta sunt? Ad quod omnino respōdendū erit: Ex nõ apparētib.

Heb. 11. 27. *τοῦ 2οῦ ἀόρατον ὡς ὁρατὸν ἐκρηγνέρον*, uertit: Nam ut qui uidisset eum qui est inuisibilis, ita forti animo fuit. Deinde hoc sic explanat, quasi Moēs Deum uidisset. Atqui nõ est scriptum *ὡς ἑώρακός*, ut sit per præteritum uertendum. Deinde non uiderat Moses Deum, cum Deus hic dicatur inuisibilis. Quod si uelis uisionem

sionem interpretari apparitionē, qualis fuit in rubo: ea uisio nondum fuerat. Itaq; sic uertendus est hic locus: Tanquam eum qui est inuisibilis uideret, sic dixit. Alludit enim autor ad definitionē suam fidei, quam dixit esse demōstrationem, subiectionemq; rerum quæ non cernuntur. quasi hoc dicat: fides Mosi rē quæ nō cernebatur, uidelicet Deum, ita subiecit, & ob oculos proposuit, ut nō minus cōscias fuerit, quàm si illū ipsum præsentiē spectaret.

Hebr. 11. 40. ἵνα μὴ χρογῆς ἡμῶν τελειωθῶσι σιν, uertit: Ne absque nobis consecrarentur: in uerbo τελειωθῶσι errans, sicuti modo ostendimus capite 5. Est autem hic locus nobilissimus, & consolationis exhortationis que plenus: itaque eum explicare non pigebit. Omnes illi (inquit) fide explorati, non obtinuerunt promissum: hoc est, Credentium perfectio. non peruenierunt ad resurrectionem, qua & ipsi, & nos unā cum ipsis aliquando perficiemur: & immortales redditi, nulli amplius morti aut malo erimus obnoxij: sicut ipse dux noster Christus resurgendo perfectionem hanc adeptus est. Iam si illi ante auum nostrum ad hanc resurrectionis perfectionem peruenissent, fuisset nobis præclusa porta salutis. Vbi enim uenerit hæc generalis resurrectio, intrauerit que sponsus:

tum qui uolent intrare, nō poterint. Itaq; Deus no-
stræ salutis cōsulens, noluit illos sine nobis perfici.

Hebr. 13. 1. τίμιος ὁ γάμος. hic Erasmus re-
prehendit, cui in Annotationibus placeat subau-
dire ἔσω: quasi moneat Apostolus maritos & u-
xores, ut sanctè uiuant. Atqui non conueniet se-
quens membrum, inquit, nisi de pro γάμο accipias.
Ego uerò cum Erasmo sentio, & ita in posteriore
editione mea conuerti, admonitus ab amico. Præ-
cipit enim hoc loco author, ut & antecedentia &
consequentia ostendunt. Δὲ uerò pro γάμο acci-
pi, ipsemet ad Gal. 5. 3. ritè annotauit: quanquam
id hoc loco fieri non est necesse, constat enim etiā
alioquin sententia.

1. Pet. 1. 11. super uerbis, Scrutantes quod nam
aut quale tempus indicaret Christi spiritus: putat
ab interpretibus grauitè peccatum, quod partici-
pium προμαρτυροῦν & coniunxerunt cum τὰ
θῆματα: hiante, inquit, prorsus constructione uer-
bi ἐπίλυσις, & εἰς præpositionis, illi subiunctæ.
At mihi uidetur nullus hiatus esse in his uerbis, εἰς
τινά κερδόν τὸ πνεῦμα προμαρτυροῦν ἐ-
πίλυσις τὰ τὰ θῆματα: hoc est, in quod nam tem-
pus spiritus præsignificans, siue præsignificando,
declararet passiones.

1. Pet. 1. 10. Donec dies illucescat, & Lucifer
 oriatur in cordib. uestris. Hic Luciferum interpre-
 tatur clariorem Euangelij doctrinam. Atqui iam
 habebant eam doctrinam. Mihi quidē uidetur Lu- Lucifer quidē
 ciferum appellare, lucem illam spiritus Dei, testan-
 tis & consignantis in corde credentis, ea esse ue-
 ra quæ scripta sunt, eaq; firmiore testimonio con-
 firmantis. Quasi hoc dicat: Scriptura est tāquam
 lucerna splendens in obscuro loco. Sed huic succe-
 det Spiritus, qui splendore suo Scripturæ lucem
 obscurabit, non secus ac dies (cuius præcursor est
 Lucifer) lucernæ lucem obscurat. Tunc accidet,
 quod accidit illis Samaritanis, qui cum ipsimet ui-
 dissent Christum, & eius opera, dicebant illi fœ-
 minæ: Non iam propter orationē tuam credimus. Iohann. 4.
 nam ipsimet auduimus, scimusq; eum uerè mundi
 seruatorem esse Christum. Sic dicēt Scripturæ ij,
 quorum in animis doctrinam certò consignauerit
 spiritus, perfectaq; cognitio: Non iam propter te-
 stimoniū tuum credimus, nā ipsimet uera esse, quæ
 tu testata es, experti sentimus atq; scimus: adeo ut
 etiamsi iam nulla esset Scriptura, tamen dubitare
 non possimus. Hanc esse Petri mentem, intelliget,
 qui sciet quid sit Spiritus. Atq; hoc Spiritus testi-
 monium non solū habebūt omnes Dei filij in re-

gno cœlesti (ubi certè nulla Scriptura egebūt) sed etiā iam tū Petrus ipse & cæteri Apostoli habebāt, quippe pleni Spiritus S. q̄ est maior Scripturæ: imò qui est ipsemet autor Scripturæ. Neq; uerò melatet, Petrū hic de ueterū uatū scriptis loqui: sed eandē rationē etiam in Apostolicis locū habere puto.

2. Pet. 3. 6. *διὰ τὴν ὁρῶν νόστος, &c.* uertit: Quamobrem is qui tum erat mundus, aqua inundatus perijt. Atqui non propterea perijt diluuiio mūdus, quia cœli extitissent, aut quia terra ex aqua, aut in aqua consisteret. quid enim absurdius dici potest, quā mundum perijisse, quia extitisset? Adde quòd neque terra ex aqua uel constitit, uel constat: neq; Petrus hic de mundi creatione loquitur. alioquin pugnantiā loqueretur, si ita diceret: latet eos mundum fuisse conditum. cum modò dixerit eos ita dicturos: Omnia in eodem statu permanent ab orbe condito. Hic certè fatentur, nec latet eos, mundum fuisse conditum. Cæterum quid de hoc loco sentia, scripsi in meis Annotationibus.

Properare
diem Dei
quid sit.

2. Pet. 3. 12. *καὶ ὅταν ὀρθῶς τὸ πᾶν κατακαύθῃ* & *ἔσται ὁ καιρὸς τοῦ κυρίου, ὃς ἔσται ὡς ἡνίοχος*, uertit: Properātes ad aduentum diei Dei. Erasmusq; reprehēdit, qui uerterit, Accelerātes aduentum. Atqui in Græco est, properantes aduentū, non ad aduentū; neq; hic præpositio subiudiri

audiri potest. Sed hic homo quia non intelligit quid sit properare aduentū diei Dei, torquet Apostoli uerba in suam sententiā. At nihil tale faciunt, qui sciunt quid sit dies illa Dei oritura in cordibus piorū, de qua modō scripsimus 1. Pet. 1. quā quidē non solum expectant p̄ij, sed etiam properāt. Nam quo citius ueram illam plenāq; cordium lucē assequētur (id quod assiduis precib. & pietatis officijs per fidem impetrandū est) eo citius aderit illa dies.

In epistola Iudæ, ἡ γὰρ ἄρα φθινοπώγα uertit arbores emarcidæ: hoc est, quæ nihil nisi corruptū & marcidū edāt. Sed peccat primū in Græcū uocabulū, quod significat autumnales, nec usquā aliter ponitur: deinde nō emarcidas, sed ætino aliquo uocabulo debuisset appellare. Neq; enim idē est emarcida arbor, & emarcidū fructū ferēs. Præterea nihil addit, cur bis mortuæ dicātur à Iuda. Mihi cū p̄ijs quibusdā amicis locū hunc conferenti (cū eum antea nō intelligerem) uisa est hæc esse sententia: Arbores autumnales dici uidentur quædā, quæ autumno florent, fructumq; nunquam ad maturitatem perducunt. Has bis mortuas uocare uidetur Iudas: quia primū insitæ fuerunt, quæ insitio mors quædā appellari potest. quippe quæ rami amputentur, ut arbor, ene cta syluestri natura, cicuretur.

Arbores autumnales
quid sint.

Deinde

Deinde cum ne sic quidem fructum ferant, postremo ab agricola extirpantur, & comburuntur: hæc est altera mors. Sic isti ad Euangelium uocati, in Christum insiti fuerant, ut mortuo uetere homine fierent noui: sed postea uindicem suum herum abnegantes (ut ait Petrus) celerem sibi perniciem conciliant. Volent illi quidem aliquando intrare per angustam portam, sed serò, post ingressum sponsum: quemadmodum arbores autumnales serò fructum ferunt. Conueniunt autem hæc cum his quæ supra scripsimus in 2. Tim. 4. de relabentibus. Atque hæcenus huic responsum esto.

2. Pet. 2.

RESTAT ut ipsum paucis alloquar, si quid forte apud eum æquitate profici possit.

Habes homo, defensionem meam: quæ si tibi displicebit, fac ut magis displiceat quæ ipsam extorsit accusatio: & si quos errores tuos cognoueris (cognosces autem profectò non paucos) noli to refutatricem odisse ueritatem, sed teipsum potius oderis, qui immodica carpendi cupiditate, animique uitio impulsus, in eas te cõpuleris angustias, ex quibus nullo unquam æuo, nulla unquam, nisi maturatione penitentiae, uia eludari queas. Neque enim uulgare crimen est, sic fratrem falso accusare, ut

tu me accusasti: nec te in crimen istud sola ignorãtia impulsus fuisse puto. Es enim homo uel in primis eruditus, linguarum peritus, facundia quanta est hoc tempore paucorum: sed charitatem desideramus. Huius, huius uacuitas te transuersum agit in errores, & tot tam præclaras dotes in cymbali tinnitum conuertit. Hæc perpende: hæc noli, quia à me dicuntur, auersari: sed quia uera & salutaria sunt, amplecti. Declina malum, fac bonum, de tuo iudicio dubitato. Nam certè ego nõ sum talis, qualem uos me traducitis: sed Deum sincera conscientia religiose colo, & Christi aduentum cum omnibus in Christum credentibus expecto. Itaq; uobis etiam atque etiam dispiciendum est, ne quid de me temerè iudicaueritis: aut si fortè fecistis, ut mature Deum pœnitentia placetis. Alioquin serum futurum est, cum iam ad iudicem uentum erit, qui nulla cuiusquam personæ habita ratione, suis cuiq; digna factis præmia persoluet.

Postremò memineris, quæ tibi superioribus annis scripserim: quæ si fortè aut non curasti, aut oblitus es, hic iterum iisdem uerbis ponam. sic enim tibi scribebam:

Consulo tibi, ut abstineas à maledictis: idq; nõ mea causa facio. Nam maledicta uestra causant
meam

meam non tā lædunt, quàm iuuant. Et si uos odif-
sem, optarē ut in eadē maledicētia perseueraretis,
quo magis elucesceret, cuius' nā spiritus arma ad-
uersum me adhibeatis. Sed hoc tua causa consulo.
Primum, quia maledicendo peccas in Deum, cuius
iudicium uel uiuus uel mortuus non effugies. Dein
de, quia te ipsum reddis modestissimo cuiq; maxime
inuisum. Postremo, quia causam tuam reddis suspe-
ctam, dum rationibus quasi parū firmis, admisces
maledicta. Præstaret, & magis ingenuum esset,
sine odio & acerbitate contradicere, ita enim ap-
pareret studium ueritatis. Sed ut id facias, impera
tibi, & mētem quære meliorem. Alioquin si eundē
animū retinens, uerbis scriptisq; modestiam simu-
lares, simulatio esset nihilo melior quàm maledicē-
tia. Hæc ego tibi quo animo scribam, nouit Deus,
& ego: quam uerē & salutariter scribā, tu ipse co-
gnosces, si in te ipsum descēderis. Nō odite, quam-
uis a te in quibusdam dissentiam: & cupio erga te,
sicut & erga alios omnes, fungi officio hominis
Christiani. Contende mecum charitate, & nullū
unquam habuisti fideliozem amicum. Reprehende
in mea translatione quæ poteris: rem facies mihi
non ingrati: liceat modò ad ea respondere, quæ
non bene reprehendisse uisus fueris. In ueris quidē.
repre

reprehensionibus habebis me facilem confessorē
atque correctorem. Cupio enim omnia rectē &
uerē fieri. Deus adsit & tibi, & mihi. Vale: Die
16. Iunii, anno 1558.

Hæc ego & tunc tibi scribebam, & nunc ite-
rum commemoro, dictura contra uos in extremo
iudicio testimonium, nisi sanum tandem secuti fue-
ritis consilium.

¶ His absolutis, mihi uenit in mentem liber cu-
iusdā inscriptus, Meditationes Hebraicæ per inte-
grum librū Ruth explicatæ, cuius in titulo mea Bi-
bliorum translatio uocatur fallacissima: & in ipsis
meditationib. quædam loca reprehenduntur. Eum
libellū cū ante aliquot annos mihi à sincero quodā
amico dono missum accepissē, respondere ad illius
reprehensionem nō sum dignatus, propterea quòd
leuicula erant quæ reprehendebat. Sed nunc hac
occasione data, paucis respondebo.

Primus locus est Rut. 1. atq; is sententiam non
attingit: tantum nescio quid scribit de literis Mem
& Nun, quarum alteram pro altera poni dicit:
neque tamen planum facit. & mihi negare quod
dicit æquè licet, atq; illi affirmare.

Alter locus est eodem capite sic à me uersus:
Equidem

Equidē ualde uestra causa doleo, sed me louæ ma-
nus urget. In margine autem sic annotaui: Inui-
ta à uobis discedo: sed cogit loua, qui me uestris
maritis priuauerit. Hic ille mihi multis uerbis insul-
tat, dicens: ׀ semper esse causalem, & ׀ nun-
quam significare causam. Atq; hic possit aliquis
mirari in homine Iudæo (nam illum natū Iudæum
esse audio) ignorantiam linguæ Iudaicæ, præfer-
tum in uocula tam non difficili. Siquidem ׀ pro
propter subinde ponitur, sicuti supra in 5. Hebr. o-
stendimus. In ׀ uerò multo magis cæcutit,
& se ipsum apertis uerbis refellit. Nam ipsemet in
hoc ipso Ruthæ capite primo, in margine hæc uer-
ba posuit: ׀ non solum quoniam, sed etiam certe
aliquando significa.

Tertius locus est in cap. 2. in illis uerbis, Habe-
bat Noemis necessarium quendam uiri sui, homi-
nem militarem. Hic dicit, me hanc uocem ׀
nihil aliud quàm exercitum significare existimas-
se: id quod falsum est, nā multis in locis aliter trās-
tuli, & nominatim 2. Reg. 11. in his uerbis: Vbi
sciebat uiros esse fortissimos. Negat deinde Elime-
lechum unquā militasse: sed quis hoc ei dixit? Neq;
tam re militari, inquit, quàm lege exercitatus fuit.
Fuit ergo in utroq; exercitatus, & tu tibi contra-
dicis.

dicis. Citat deinde Chaldaeum Paraphrasten, qui dicat fuisse uirum forte, strenuum in lege. qui locus à me est. nisi forte uult hic homo dicere, non potuisse eundem & militem esse, & in lege uersatū: quasi uerò non & Dauid, & alij multo utroque excelluerint.

Quartus locus est in cap. 3. in illis uerbis: Illa in oppidum ad socrum uenit. Dicit enim, uerbum Venit ad Boozum esse referendum: neque interea annotationem meam refellit: sed tantum damnat. Subijcit deinde, sequens uerbum feminum me subterfugisse uideri. in quo miror hominis caecitatem: cum nominatim addiderim pronomen Illa, ut de femina illud dici appareret.

Quintus locus est in cap. 4. ubi ego annotaui, tertiam personam pro secunda mendose legi. Ipse contendit esse mutationem personarum, qualis & alibi reperitur. Et hic quidem de eo nolim contendere, postquam de uerbis tantum agitur, & sententiam in mea translatione non reprehendit. Sed ipsius acumen desidero, qui in eo ipso in quo me reprehendit, tam parum uiderit. Sic enim locum ipse uertit: Si redimere uolueris, redime: & si non redimere uult (scilicet tua persona) indica mihi. Sed unde sumpsit nomē personae? Personam enim He-

bræi בְּרַי appellant, quod nomen cum sit plurale, uerbo singulari non conuenit. Taceo, quod si hic subaudiatur personæ nomen, non erit tertia persona posita pro secunda, quod tamen ipse uult. Iam in exemplis quæ citat, quanta imperitia? Dicit me in eis fuisse difficultate textus prohibitiu, quominus exactiori iudicio quæq; æstimarem (sic enim loquitur) ideoq; aliorum translationibus contentum, ea loca securum præteriuisse. Quasi uerò habeant illa loca quicquam difficultatis: aut quasi non in longe difficilioribus locis ab aliorum translationibus mea discrepet.

Hæc sunt omnino, Lector, quæ Iudæus iste in mea translatione reprehēdit, & propter quæ exclamat, inuehitur, Germaniæ opem implorat, & me nō uerbis & disputationibus, sed pœnis etiam seuerius castigandum esse uociferatur, qui tantas turbas dederim, tantos errorum fumos obturbauerim (utar eius uerbo) mea non temeritate, sed censura grauitate. Quis non putet, qui hæc uerborū fulmina audiat, me in cœlū peccauisse capitaliter? Rursumq; quis non dicat, qui friuola illa, cadentiq; falsa uideat, parturisse montes? Atq; ut hoc scias, iste idem qui sic in me inuehitur, scripsit mihi superioribus annis amicas literas, in quibus eruditionē
meam

meam mirè extollebat: ut hominis constātiā intelligas. In eis literis annotationem meam reprehendebat in Exod. cap. 17. quòd ego ibi mendum esse annotaueram. Neq; tamen rationes meas refellebat, sed in Hebræo nullum esse mendum contendebat. Videtur enim esse in ea opinione (sicut & pleriq; omnes Iudæi, & nonnulli hac in parte Iudæi & antes Christiani) ut in Hebraicis Biblijs nullum usquam irrepisse mendum putet. Nunquā enim passurū fuisse Deum, ut in sanctis illis libris uerbum ullum deprauaretur. Quasi uerò sanctiores sint libri fœderis Antiqui, quā Noui: in quibus tamen, uidelicet Noui, tam uariæ lectiones tot locis ostenduntur. aut quasi credibile sit, Deum maiorem gessisse curam unius aut alterius uoculæ aut syllabæ, quā totorum librorum: quos, & quidē multos, nō dicam depruari, sed perire passus est: uidelicet librum Reeti, & librum Bellorū Iouæ, & librum Nāthanis, & alios. Hæc Iudaica superstitione fecisse uidetur, ut hic homo sic in me debaccharetur, ex qua superstitione conijcere facile est, quale sit & in cæteris eius iudicium. Et sane eius imperitiā satis suprā paucis ostendi, & in cæteris possem: sed tædet, tamen unum aut alterū locum annotabo, ut appareat quā obtuso sint iudicio

dicio isti Iudæi magistri, ne quis se ab illis decipi per-
 tiatur. Primum in ipso statim initio suæ præfatio-
 nis, iudicium laudat R. Salomonis, qui in loco illo
 Exod. 8. ubi dicitur Iethro gausus fuisse tot Iouæ
 in Israelitas beneficijs, hoc cōsilio usum fuisse Mo-
 sem arbitretur uerbo ambiguo, ut Iethronis animū
 inter gaudium & dolorem suspensum declararet:
 quod uidelicet & Israelitarum bonis gauderet, &
 Aegyptiorum cladibus doleret. id quod est à tota
 Mosi narratione alienum: & nō minus absurdū,
 quā si dicas, auri famem à Virgilio ideo sacram
 ambigua uoce fuisse appellatam, ut indicaret par-
 tim sanctam esse, partim scelestam. Quasi uerō
 ænigma ibi scribere uoluerit Moyses: aut quasi to-
 ta eius narratio non manifestū Iethronis gaudium
 ostendat, sine ullo doloris uestigio: aut quasi hu-
 iusmodi uerba non omnino in unam tantum partē
 uno in loco accipi debeant.

Item in 1. cap. quendam locum sic uertit: Num
 illorum causa uultis detineri ne essetis uiro. & in
 Annotatione multū laborat in eo uerbo explican-
 do, neque tamen explicat: cum potuisset uno uerbo
 durandi, aut se continendi, aut abstinendi, se expli-
 care. Et mox illa uerba, Sic faciat Deus mihi,
 & sic adiciat, sic in margine declarat) Pergat
 Deus

Deus me punire, quemadmodum incepit: cum sit ille Hebraismus planè, qualis est apud Latinos, Disseream nisi, aut Deus me perdat nisi, aut ita mihi sit Deus propitijs. Vide 1. Reg. 25.

Item paulo post: Et Deus testificatus est in me. quæ deinde sic declarat: Suo testimonio docuit & declarauit impietatem meam, & propter eam me puniuit, ut alijs exemplo forem. quæ declaratio est absurdissima. neq; enim quicquam tale sibi uolunt uerba: & Noemis non erat impia. Sed plura in hoc homine examinare me tædet. Hoc ad studiosorum Hebraicæ linguæ utilitatem dicam. huius generis Grammaticos Hebræos esse alioquin in grāmaticis illis minutijs diligentes, & lectu non inutiles: & quidē ea sæpe animaduertere, quæ doctiores non animaduertunt: sed iudicio certè & industria Hebraismos explicandi parum ualent: acciditq; illis quod apud Latinos Alexandris de uilla dei, Despauterijs, Mācinellis, Augustinis Dathis, & huius generis alijs, qui autorum singula uerba grāmaticè & curiosè explanant, & eas sæpe regulas tradūt, quas ne ipsis quidē authorib. notas fuisse crediderim: sed iudicio sæpe sunt infantes, & Latinæ linguæ uim ignorant.

¶ Nunc ipsum paucis alloqui liber. Homo, si tu, Iudæus cum esses, Christianus factus es, debuisti à Christo charitatem discere: quæ te nihil perperam, nihil tumide, nihil odio aut inuidia facere aut scribere docuisset. Nam si hoc nescis, charitatem qui non didicit, is Christum non didicit: & charitate qui caret, is nihil est nisi cymbalum tinniens, etiamsi tantum uel fidei uel scientiæ habeat, ut uel montes transferre possit, & suas omnes facultates in pauperes eroget, quinimò suum corpus comburendum tradat. Denique charitate qui præditus non est, is Christum ore confutens, factis crucifigit: estq; adhuc in illorum albo qui Christo illudentes dicebant, Aue rex Iudæorum. Corrige te, & Christum indue, & te uerè & ex animo Christianum esse factum agnoscemus, deq; eo agemus Deo gratias.

¶ Ad dam insuper unum locum, tametsi uix dignum ad quem respondeatur. Is est Genes. 1. Iussit Deus ut existeret lux, & extitit lux. Hic nunc me acerrimè inuehitur quidam, quòd uerbum Dixit, uerterim Iussit. & scribit hæc uerba: Moses data opera usus est uerbo דַּבַּר dixit, ut alteram in diuinitate personam, distinctam à persona Patris,

tris,

tris, & à persona Spiritus sancti, nempe Filium Dei insigniret, per quem tota series creationis enunciata est. Et occasione hinc sumpta Iohannes Euangelista λόγος uocat, & probat esse Deum, & in principio fuisse apud Deum. At illi excluso hoc uerbo, Et dixit, in quo maximum momentum & præcipuum pondus est situm, uersione sua tantum exprimunt significationem uerbi *ἔτι* fiat.

Hæc sunt illius uerba, quibus nihilo aptius argu- Genes. 2.
gumentatur, quam si quis ita dicat: Moses in illis uerbis (Dixit serpens sceminae, Cur uobis dixit Deus, &c.) data opera usus est uerbo *ἔτι* dixit, ut alteram in diabolo personam distinctam à persona Patris, & à persona spiritus impuri, nempe filium Diaboli insigniret. nam certè simillima est locutio. Ego ueritatem uelim ueris argumentis defendi, non ita ridiculis, quibus deridenda propinetur aduersarijs. Quod uerò me dicit uersione mea tantum unum uerbum exprimere: miror, cum uerbo iussit expresserim illud uerbo aut Existeret, *ἔτι* Sed finem nam tam ineptis refellendis, & Lectorem occupare tædet.

¶ Hæc in præsentia habui quæ scriberem. Superest, ut in uniuersum Scriptores orẽ, ut deinceps contra me aut non scribant, aut firma uerq; scribant: id quod facient, si & nihil scribant cuius non habeant plenam cognitionẽ: & ea erunt charitate, ut alteri nolint facere, quod sibi nollent fieri. Scio me hominem esse, hoc est erroribus obnoxium. Itaq; errores meos libenter agnosco, atq; corrigo: tanti est apud me ueritas. Verum in ijs excusandis laborare, quæ accusari non debent, piget tædetq; me: & conqueror de aduersariorum iniquitate, qui labores meos, fructuosius in ædificando collocandos, cogunt seruire propugnationi. Itaq; deinceps, si fortẽ ad eorum criminationes tacebo (an taciturus sm, nec ne, nihil dico) sed si fortẽ tacebo, nemo facillẽ putet, silentium meum confessionem esse culpæ. Sunt mihi causæ silenti interdum, etiam ad calumnias. Equidem iam tum, cum ipsi translationi operam darem, potuissent translationib. eorum quoq; rationem reddere & nunc reddidi: & fortasse deinceps oegerit quorundam libido carpendi) tum ex professo in antiquo scædere, si nouo feci: qua quidẽ de re (quasi hoc ipsum) fore iam tum mihi præfagiret animus) in
 Matth.

Matt. 1. nonnihil scripsimus. Sed & quia prolixus
 erat, & minus necessarium iudicabam, neglexi.
 Et sanè si esset in ijs candor, in quibus summus esse
 debebat, non esset necessarium.

Sed sicut quidam homines, qui aliorum libros le
 gere uidentur non ad cognoscendum, sed ad repre
 hendendum. Hoc modo qui animati sunt, uel in
 Euangelio, quod reprehendant, non rectè illi qui
 dem, tamen quod reprehendant, inuenire possint.
 Verùm non qui reprehendit, sed qui & uerè &
 cum charitate reprehendit, laude dignus est. Uu
 nam tandem eiecto uetere odiorum inuidiæq; ser
 mento, sinceritatis ueritatisq; infer
 mentato pane uescamur.

Hæc scribebam BASILEAE, par
 tim anno 1557, mense Maio: par
 tim anno 1561, mense
 Decembri.

ERRATA TYPOGRAPHI-
ca sic emenda.

Pag. 25. uers. 7 afferre 59. 5 ἰαβών 62. 6 quod
63. 1 gallicantus 67. 24 ἐκ ἀπ' 73. 24 ego resp.
90. 10 in marg. pro 95. 4 cohæreant 117. 1 κατὰ-
ἑβραϊκῶς 127. 6 ἠίτη 129. 10 en chair 137. 7
modo 155. 3 inuenit 156. 20 Item 160. 8 id hîc
176. 7 transferre 194. 2 auere 195. 3 uerba
te 212. 2 Chananæam 213. 10 ἦν,
quam 219. 10 φθινοπωρινῶν
224. 15 significat.

TYPOGRAPHVS

Lectori.

Collegeram rerum & uerborum quæ in hac Defensione explicâtur locupletissimum Indicem, quod ualde magnum operæ precium eo adiecto me facturum, & non leuem apud Theologiæ studiosos gratiam initurum sperarem: maxime propter elegantem multorum Scripturæ locorum, ac propriam uerborum tam Græcorum quàm Latinorum interpretationem. Verùm quia temporis breuitate, ob imminentes iam nundinas excludimur, & pagellas tamen quæ restant occupare, quàm uacuas tibi obtrudere, magis libet: non ab re fore duximus, si doctissimi uiri Friderici Furij Ceriolani iudicium ac censuram, de Bibliorum uersione Seb. Castellionis, ante annos aliquot in lib. ipsius criticis literis in uernaculam linguam uertendis ab eo expressam, hic subiiceremus.

Sunt autem hæc eius
uerba:

En.

Quid de Castalionis translatione dicam? an non hic omnes interpretes, quicunq; libros sacros in Latinum conuerterunt, ita uicit, ut soli ipsi primæ meritò deferri debeant? Certè huius ego uiri industriam, laborem, diligentiam, quam in conuertendis Biblijs posuit, tanti facio, ut quum ad manus meas eius translatio peruenisset, non potuerim mihi temperare, quin in eius laudem hosce facerem uersiculos:

Nescio quis ueteram uoluit, sermone Latino

Biblia cum priscis ut loqueretur auis,

Tentaui, fecitq; suis pro uiribus omnem

Conatum, at fantur Biblia barbaricè.

Eusebius tentaui idem, tentaui Erasmus:

Frustra opera est, fantur Biblia barbaricè.

Pagninus tentaui idem cognomine Sanctes:

Frustra opera est, fantur Biblia barbaricè.

Tentaui hoc ipsum alij, sed non bene cessit:

Frustra opera est, fantur Biblia barbaricè.

Tentaui, cælo auspice: id ipsum

u Biblia barbaricè.

Latino sermone loquuntur

et eandem Castalionis ope.

Si nemo

Si nemo unquam fuisset aliquid de Græco peregrinis uerbis persecutus, ubi huius uiri translationem uidisset, non dubitaret, certò scio, an è Græco eleganter, fideliter & uerè in aliam linguam uerti posset.

F I N I S.

BASILEÆ, E K OFFICI-
na Johannis Oporini, Anno Sa-
lutis humanæ M D L X II.
Mense Martio.

et sic videtur quod...

D

...et sic videtur quod...
...et sic videtur quod...
...et sic videtur quod...

...et sic videtur quod...
...et sic videtur quod...

...et sic videtur quod...
...et sic videtur quod...

...et sic videtur quod...
...et sic videtur quod...

...et sic videtur quod...
...et sic videtur quod...

...et sic videtur quod...
...et sic videtur quod...

...et sic videtur quod...
...et sic videtur quod...

...et sic videtur quod...
...et sic videtur quod...

...et sic videtur quod...
...et sic videtur quod...

2462-63

D

D



